

Liber
Bibliothecæ Academicæ Halensi
a
CHRISTOPH. ERNEST. CONONE,
Med. Doct. & Practico
Berolinensi,
TESTAMENTO DONATUS.
1729.

25

69

DANIELIS LUDOVICI

Med. Ducal. Sax. Goth. *Ra*

DE *293*

VOLATILITATE

SALIS TARTARI

DISSERTATIO.

EDITIO SECUNDA.



GOTHAË,

Impensis SALOMONIS RETHERI.



Excusib. CHRISTOPH. REYHERO.

ANNO M. DC. LXXIV.

DANIELIS LUDOVICI

Mol. Ducal. Sax. Goth.

1758

VOLUNTATE

SALIS TARTARI

DUCERENTIS

EDITIO SECUNDA



GOETHE

INSTITUTIONIS REPERTORIUM

PER

CHRISTOPH. REISSER.

ANNO MDCCLXXV.

7
H
L
li
La
M





Serenissimo

PRINCIPI ac DOMINO

DOMINO

ERNESTO,

Duci Saxoniae, Ju-

liae, Cliviae ac Montium,

Landgravio Thuringiae, Marchioni

Misniae, Principi Hennebergiae,

Comiti in Marca & Ravensburg,

Domino in Ravenstein, &c.

PIO, FELICI.


Humilime

D. D.

JoC

2

SERE.



Serenissime PRINCEPS,
Domine Clementissime.

EXiguum est ,
quod subjectissima a-
nimi devotione
nunc quidem offero. Dis-
sertatio scilicet , de Qvæ-
stione & Enchirisi quadam
Chimica, superioribus annis
hanc parum agitata. Edidi-
tum temporis, è collectaneis,
meas has, ea de re Observa-
tiones : Si fortè, collatis sic
in publico sententiis, pla-
niùs hinc imposteriorum fieri
posset

3332

201

posset negotium. Cum au-
 tem nunc recuderentur; Li-
 belli quidem exiguitatem il-
 lam, (Clementiæ, cultoribus
 rerum Naturalium usq; dum
 indulgentissimæ intuitu;))
 haut adeo forsitan obstare
 ratus sum, quo minus, quod
 in Serenis. Celsitudinis Ve-
 stræ Ditionibus exultum
 fuit primitus, humilima si-
 militer oblatione denuò
 ISTI dedicaretur: maximis
 iam olim Principibus æqvè
 parva, modo ingenua boni

)O(3

Ci-

vis mens atq; manus obtule-
 rit, gratiose nihilominus sus-
 cipientibus Servet Te
 DEUS, Serenissime Princeps!
 quo inter turbulentas alibi
 Rerum commutium Tem-
 pestates, sub cana hac Nive,
 nos cunctaq; hic nostra per-
 diu adhuc vireant, vigeant,
 conserventur. Ita animo de-
 votissimo precatur

Sereniss. Celsitud. Va.

Subjctissimus

Daniel Ludwig.



PRÆFATIO

Ad Benevolum

Lectorem.



Um superioribus lustris Alcahestinæ disquisitiones complures fatigaret, fieri non potuit, quin decollante passim spe, nihilominus in tanti Liquoris Vicarium parili diligentia inquireretur. Tentavimusque hinc circa fixitatis Alcalinæ Volatilisationem similiter nonnulla; quæ postmodum Amicorum ductu, horis succisivis è Memorialibus collecta, nunc ante septennium edidimus: saltem quo adhuc versa-

AD LECTOREM.

tiorum aut feliciorum observationes & Enchirises circa hujuscemodi materiam eliceremus. Nec sane concepta; curiosissimo hoc seculo, spes nos destituit; experimenta sua liberaliter publico conferentibus Viris exercitatissimis. Ceu inter ea quidem, quæ ad manus nostras hucusq; pervenerunt, ista forsitan primus est Spiritus, qui quasi semidiliquis in cella, vel dum hujus pigrior ut plurimum, ac minus agitatus aer est,) per Substractiones, (ut ita loquamur,) post quamlibet destillationem reperitis, è Sale Tartari colligi præcipitur: consensu tamen hætenus in diversa abeunte; dum quidam saturatissimum hinc dixerunt; Alii verò phlegmaticum solum, & Alcalium in Aquam tandem resolvendorum Exemplum:

ceu

AD LECTOREM.

cecu forsan circa Ignis genus atqve
gradum, Vasa, Alkali solitarium,
vel accessoriorū reliquiis adhuc di-
versimodè infectum, ipsamqve Pa-
tientiam haut exigua accedere po-
tuit variatio. Nobis, (cum postli-
minio circa talia suscepto aliquan-
do tentamine, hunc quoq; proces-
sum persequeremur,) singulis vici-
bus, post phlegmatis egressum, uri-
nosi volatilis liquoris quidpiam, (A-
renæ quidem, at validissimo assum-
ptiqve quantitati sufficientissimo
igne,) per Retortam, (Sale tamen
per diu prius, alios in usus, modera-
to calori exposito,) tantisper in fine
oblatum est; donec tot repetitio-
num ac confractionum pertæsi, ab-
jiceremus (inter alios officii) produ-
ctiorem hunc, & felicioribus, cum
reliquis, relictum laborem; elutria-

)o(5

to

AD LECTOREM.

to residuo eque Terra fixa particulam, pro horum (tacite tandem fatifcentium) more, præbente: destillationis autem Modo cum (infra notatis) Tincturæ, vel saltem Solutionis Salis Tartari, (in Spiritu ardente factæ, & à subfidente saturatissimo hinc phlegmate separatæ) Destillationibus quoadantenus conveniente: Sive Ascensus aliquis hic ratio perquirenda, sollicitato forsitan sic, aut per toties repetitas ignearum & aquearum particularum alternationes, (ferè ceu quædam quasi-cohobia,) vel intimiores quarundam complicationes, successive disposito magis Subjecto, ad induendam sufficientis sibi vehiculi quantitatem, aut aliter reddendam attenuatiorem sui portionem. Nam inter varias adhuc difficultates & per-

AD LECTOREM.

perceptibilia quædam experimen-
ta, forsan arbitrari posset quis-
piam, singulariorem horum ac con-
similium, (adhuc copiosius pro-
deuntium) suscitationem aut e-
merisionem, per universalis istius
Salis attractionem vel insinuatio-
nem, (simpliciori Radiorum vibra-
tione vel permeatione longè subli-
miorem,) nec dum adeo esse pla-
nam. Præsertim dum penitus ex-
penditur & confertur exigua ple-
rumque Proportio salinæ participa-
tionis tam in Rore, Pluvia, Nive &c.
quàm in ipsa (ambiente nos) Atmo-
sphærâ, (utut in suo genere seu de-
super, seu ab inferioribus, quò vel
copiosissima culinarii ignis effluvia
ad Gas usque, referre quæ possent,
fatis aliàs imprægnatâ,) cum ei
Coagulorum quantitate, p[ro]ssim &
)o(6 brevis

AD LECTOREM.

brevi sæpe, tam è fixis, ignem varie prius perpesis, quam è Mineris, sub diu uvido fatifcentibus emergente: si porro consideratur Salis istius, (hactenus quidem notis, etiam operosioribus modis collecti,) nec dum ea passim, seu in medendo, seu solvendo deprehensa universalitas: imò ipsius concentrati quorundam Spiritûs Mundi, (nî de Magneticis, collectioni communiter destinatis corporibus quidpiam simul evehat,) exigua aut nulla sæpe à priore Roris destillato differentia: ex aduerso vero, (præter igneorum, sive transeuntium sive nonnullibi cohærentiû effluuiorum varietatem,) imprimis Aquæ (quasi semi-Mercurialis cuiusdã elementi,) sub accessu complexuque suo, (vel Vegetabilium exemplo,) planè varia-

ria-

AD LECTOREM.

riabilis & diversimode applicabilis,
Mineralium autem, (præcipuè fa-
lini quid evidentius participan-
tium,) haut adeò facile exhaurien-
da vel enervanda Natura; quin gli-
scentes inibi, & semet sensim post-
modum exolventes, aut (post ali-
qualem suppressionem vel altera-
tionem suam,) denuo hinc induen-
tes particulæ restent: & quod per
lentam solùm humectationem, &
repositionem (conceptaculis inter-
ea satis obturatis,) diuturniorem, è
plerisque hujus generis subjectis,
(vel perfecti Colcotharis, Aluminis
usti, &c. exemplo,) nihilominus ea-
dem producta habeantur; aut si
quæ (gustui odoratuique,) diversi
quid præ se ferant, id pariter for-
tasse non tam novæ extrinsecæque
substantiæ accessu, quam variata

10(7 solùm

AD LECTOREM.

solūm particularum figuratione, po-
situra, occultatione &c. contingere
queat; indeque hoc insuper non
rarò saltem sit temporaneum; (cey
Salè Vitrioli consummatissimæ de-
stillationis capite mortuo, accurate
sic collectum, nobis nunc post 12.
demum annum vitriolescere inci-
pit;) & si quæ amplius, (v. g. è Cal-
cis spontè restinctæ similiumque ve-
rè Calciformium observationibus;
Nitri murarii natura; Pyridis atra-
mentosi concidentia; acido-sali-
narum particularum sub insipido
vel quasi-dulci coagulo latitatione;
sulphureo odore, Cephalici quo-
rundam Spiritûs haut remissiore,
etiam inter vulgaris inodoriqve
Spiritûs Vitrioli rectificationem re-
petitò prodeunte, &c. adduci, (sed
præter institutum nostrum) pos-
sent,

AD LECTOREM.

sent, ab animo sublimioribus
hujus generis præsuppositis, ad
dimensionum ferè penetratio-
nem interdum deducuntibus,
minus adsveto. Potius sequatur
alius, ex Aceti destillati saturnino-
rumque magmate, solitarie vel cum
Jovis calce similibusve, (ad modum
Spiritus Coralliorum,) valido satis
igne destillatus: in variationibus
chymicis jam olim etiam ad fixio-
ra commendatus, nec quibusdam
inconveniens: ceu conformes ferè,
(post abstractiones à Solutis suis tan-
dem) procedunt Guajaci quoque,
Mellis, Mannæ, imò Tartari non-
nunquam Spiritus, Acetumque,
vel ab ipso Sale Tartari: acumine
talium, à pristino suo, haut parum
differente. Verum cum nostra
nunc recensio præcipuè circa vul-
gare

AD LECTOREM.

gare Sal Tartari, (ut illic singula-
rius aliquod prodeat,) occupetur,
sufficiet forsitan, mentionem tan-
tum hujuscemodi Liqvoris fecisse.
Quemadmodum etiam Tertii, è sic-
catis vini fecibus; ceu in subsequa
Dissertatione jam adducti; cum ad-
ditione: quod commodè prius Spi-
ritus ardens abstrahi, & residuum
post refrigerationem & subsiden-
tiam, exiccari demum queat. For-
sitan autem ex hoc capite commer-
cioque est, quod in crudi quoque
Tartari destillationibus nonnun-
quam similis Salis quidpiam appa-
ruerit. Amplius retulimus ibi et-
iam Tartari tartarifati, (uti qui-
busdam vocatur,) Spiritum: cui
quemadmodum affinis, ita laborio-
sior quidem, at post debitas rectifi-
cationes penetrantior aut satura-
tor,

AD LECTOREM.

tior, processuque (cum Spiritu & Sale Tartari instituendo) tunc ferè compar est, qui post Tartari & crudi & ambusti, (tanquam præ sale fixo minus adhuc exhausti,) debitam inter se solutionem destillatur. Quod autem caput mortuum elixivatum, alcali quidpiam nobis exhibuerit, in causa forsitan fuit, nã salinarum particularum temporanea (ceu Tartari quoque, cum Alumine destillati capiti mortuo contingit,) latitatio, vel consuetarum, saltem ferreæ cucurbitæ, intensiorisque sic propulsione defectus. Quod quidem in medio nunc felicioribusve repetitionibus relinquimus: quemadmodum etiam, si fortè quispiam botrifomes hîc sub dissolutione, bullas, (cum non solum in crudi quoque Tartari

AD LECTOREM.

ri depurationibus, aut cum Vitriolo coctionibus, verum etiam in aliis pulverulentis insersionibus, saponariisq; & albugineis mixturis concussis eveniant,) non tam ad Sal Tartari, (tanquam intimioris adhuc participationis) Vitis genimen, quam ad simpliciores (quadran- tium conredientiumque) particu- larum posituram, varia hujus gene- ris phaenomena in Mineralibus, fa- linis, aliisque coagulis siccis aut con- glaciatis &c. (citra omnem Essen- tialitatis primordialis accessum,) ex- hibentem referre voluerit. Resi- duas autem Formulas, v. g. Terreæ Alcalium partis subtractionem, quo volatiliores facilius prodeant: (nisi de primitus notato processu, vel ali- quorum per fusiones depuratione, aut Acidorum accessoriorum arre- ptione,

AD LECTOREM.

ptione, ceu infra hæc notavimus, intelligatur;) Item, Alkali hujus, etiam absq; igne, in aliqualem volatilitatem abitum, (nî urinosum quidpiam, vel Aluminis miscella, singulariorum enchirisis subterfuerit; ceu madida quoque vegetabilia compacta, sponte concepto calore, quædam inflammabile Sulphur, quædam sal volatile copiosum eructare deprehenduntur;) & si quæ insuper esse queunt, planior olim Alkali hoc persequentium explicatio deteget, hucque tunc cum aliis facile reducuntur. De cætero in ipsa (ut publicata primitus fuit,) Dissertatione, (ceu oppido nunc fieri potuisset,) nihil mutavimus, ne alia, sed (ob exemplarium defectum,) recusa saltem exiret. Præcari tamen hæc volumus, ne manca in residuis videretur; addimusq; insuper, tanquam pro complemento : I. Quod rectificatio vel cohobatio super proportionalem Alkali quantitatem,

AD LECTOREM.

tatem, complurium acumen aut saturati-
onem notabiliter augeant 2. Quod æ-
que ac Calcis Vivæ Spiritus, etiam liqvo-
re competenti diluti, nihilominus admo-
dum, (præsertim in frigido) transpirent.
Et 3 quoad effectum, uti præsens quidem
est (in convenientibus affectibus & exhi-
bitionibus) hæc volatilitas, ita per se in-
consideratius diutiusve tenerioribus data,
haut parum tandem adpetitum dejiciat;
(æquè ac ex eodem ferè capite, largior Vi-
ni Spiritus, & ipsum, nonnullis in ple-
thoricis, Sal essentielle Tartari:) Aliis ve-
rò per solutiones sociata, bonum qui-
dem sub Prudentia medica remedium,
non tamen protinus semi-universale vel
sine pari præstet. Quæ incipientium,
singularioribus sæpe processibus, formu-
lis, aut (alia tunc ibi Praxis vulgaris fa-
cie,) præcepti Authoris commendatio-
nibus nimis inhærentium causâ, super-
addere visum haut fuit inconveniens.

DE



*De Volatilitate Sa-
lis Tartari.*

Quantopere Tartari
crudi Volatilitas
etiam Versatissimo-
rum manus hodiè
dum fatigarit, notorium est:
usque adeò, ut istorum haut
pauci, postquam nihil non
per Serpentinās quoque, Re-
frigeria, interpositum cum
Spiritu Vini Globum, Furnos,
Alembicosq; singulares & a-
lia hujus generis Compendia,
incassum ferè tentassent: tan-
dem ad incoërcibile, ac Fer-
mentantium Effluviis, aut Ful-
minantium Sylvestreitatibus
consimile Gas retulerint To-
tum illud, quod (naturæ for-
san

A

san

DE



san maximam partem Salinae,) incenso praesertim post sequestratam humiditatem Tartaro, communiter, (plus minus tamen, pro Artificis dexteritate) evolat; quodque Caput mortuum in bilance prolecto Liquori conferentibus, passim desideratur: etiam cum plane proportionale Tartari ad recipiens pondus adsumptum est: nec tot ejus librae, Vulcano inconsideratius (licet adhuc per frequenter,) una vice subjectae, potissimam sui partem inter commissuras per relictum Epistomium, aut alias vi facta, nequicquam eructarunt: aut (quamvis speciosiori Recentiorum invento) successivae Ingestiones nihilominus per Destillatorii desuper Operculati contiguitates, (fru-

(frustraneo etiam circumfluo Plumbo;) vel si inferius ad-
 pertum fuerit, inter Obturato-
 rium ingratius demiserunt. Sed
 ejusmodi desiderio, servando-
 que subtiliori (à Laborantium
 venali certè nimium quantum
 differenti) Spiritui suæ, citra
 dubium, adhuc supersunt En-
 chirifes.

Majus autem negotium
 tædiumque curiosis faceffit Vo-
 latilitas, quæ inter amplissima,
 Alcahestinisque ferè proxima
 promissa, ex ipso Alkali Tarta-
 reo hæctenus (certo & aliqua-
 li copiâ) quæsitâ est. Ut inde
 nonnulli, dum fixitatem &
 renitentiam Salis illius, è præ-
 parandi modo cogitarent:
 herbaceorum Alcalium, cum
 Bolo vel Argillâ continuato i-
 gni subjectorum Spiritum ut

An separari
 queat vola-
 tile quid è
 Sale Tarta-
 ri, dubita-
 tum est.

A 2 plu-

plurimum tandem Acidulo, fa-
linum gustarent vel experiren-
tur: in plerisq; hac de re Libel-
lis modo Vota tantum, aut Ob-
scurum super æque obscurum,
modò tralatitios saltem ali-
quot, mutuoque (citra succes-
sûs asseverationem) descri-
ptos, vel aliàs Authoris, In-
gredientium, Enchirisis, Cir-
cumstantiarumve nonnulla-
rum causa (jure vel injuria) su-
spectos Processus invenirent;
dubioq; hinc eventui difficiles
complicatosq; labores elocare
nollent; aut experiundo tan-
dem (seu propria, seu Præscri-
bentis culpa) sæpenumero ni-
hilominus modò nil, parum,
aut phlegmaticum, modo du-
bium, tertiumve quidpiam æ-
grè nanciscerentur: totum hoc
negotium inter vanas Chym-

Salis Tartari.

8

corum Assertiones, aut ipsa
Non Entia retulerint.

Sed enim levare revera posse
se quendam inde, & genuinam ^{Potest tamen}
quidem partem; manifesta ini- ^{men separari.}
bi veritatorum, nec subterfu-
gus temere subvertenda docet
Experientia. Imo simplex in-
super, at paulo validior conti-
nuataque Alcalium, (etiam
prius sufficienter depuratorum
aut concentratorum) calcinatio,
vel cum fixioribus nonnullis,
nec adeo sulphureis Subjectis
instituta Fusio; Salis Tartari
vel congeneris haut parum,
(vel intra horam, & integro ad-
huc nec intimius undique
vitrificato Crucibulo,) una
cum accidentaria Accessorio-
rum humiditate elidens: na-
ribus effluvia salina sat sen-
tientibus.

A 3

Nec

Proponun-
tur hic mo-
di, non qui
dem Vice
Alcahestu-
ni, sed alias
hoc in ge-
nere sat
pronum.

Nec tamen isti proinde su-
mus, qui Eleusini Sacri, vel
Alcahestini Vicarii revelatio-
nem hic profiteamur. Saltem
istud Alkali (pro conqviren-
da hinc proficua quadam Vo-
latilitate) ad orientium, & ab
initio (circa delectum aut
successum Processus) hæsi-
tantium; præterea Ægrotor-
um (ejuscemodi Remedior-
um genere sæpe perquam ad-
jutorum) causa simplicissimè
prosequamur, quæ manualis
Experientia, ac longa nobis,
(per aliorum præscripta, priva-
tosque conceptus euntibus,)
dedit observatio: quæque pa-
riter Incipientibus quidem
confirmationem, & ulterioris
Inquisitionis, aut (Medicæ vel
Chymicæ) adaptationis Fun-
damentum, Exercitationibus
ve-

verò ansam dabunt, auctiora, exactiora, clarioraque eodem candore superaddendi; quo nos impræsentiarum, sine cuiusquam Allegatione aut Velligatione breviter ingenuque solum Introductionem quasi quandam, cum Experimentorum potiorum, (illuc forsitan compendiarie ducentium) Syl-labo proponimus: Superpon-dii loco hinc inde interseren-tes, quæ licet ad singulos Para-graphos directè non perti-neant, incidenter tamen, & da-ta sic occasione haut inutiliter, in quam plurimum operatio-num & expensarum compen-dium annecti posse videban-tur.

Qui itaque hoc in nego-
tio operæ pretia facere vo-
luerit: principio, quod Mate-

A 4 riam

Sal Tartari riam Quæſiti noſtri concernit; inconuenientius hoc fine extreme, ad Virorem Cæruleumve colorem calcinari videtur.

Salia Veg. Offic. ſu. pervacuè nimis fuſionibꝰ depurantur.

æquidem (ob inconuenientias cuius hinc facile cõcipiendas,) majori difficultate, minori que cœnore occupabitur circa vulgare illud Alkali, per figulorum extremas uſtulationes, aut (licet communiffimè præceptas;) uſque ad Virorem Cæruleumve Calcinationes exhaustum, ac ſublimandis poſtliminio particulis tantum non quaſi ſpoliatum. Æquè ac toties repetitas deprædatoriasque Salium Officinalium Fuſiones, ea candidiora quidem, nihilo tamen hinc uſibus medicis præſentiora reddere; eo que laborum minus prodigos primis illorum coagulis, vel ipsis nonnunquam Lixiviis parili ſucceſſu ſecuritateque acquieſcere cernimus: ſiquidem

de-

defuerint, aut specialem sco-
 panam interdum haut adeo attin-
 gere posse putentur Granulata;
 in Dispensationem alias com-
 modiora: nec, (dum per Sul-
 phur flagrantibus herbis mo-
 derate interjectum confiunt,) Sal Veg. granulata, per Sul- phur her- bis interje- ctum.
 invertentem diaphoreticamque
 vim sic admodum perdentia.

Porro verò nec illud ci-
 tra laborum frustrationem hinc
 assumetur, quod extempora-
 nea anatici Tartari ac Nitri
 Detonatione, (de cætero com-
 pendiosè, siq; libet, perforatâ
 solum rejicula quadam Retor-
 tâ, cum Clissiformis Spiritûs
 promptâ collectione,) para-
 tur. Siquidem in subitanea il-
 la excandescencia Nitrosæ A-
 ciditatis pars tacite arripitur, &
 in Alcalium complexu, (quam-

Sal Tartari extempora-
 neum è Nitro & Tar-
 taro deto-
 natis.

Colligi si-
 mul potest
 Sp. Clissi-
 formis.

A S vis

Sal illud vis gustantibus insensibiliter, Spiritus nitrosi quid occultat.

occultatur tamen tantisper, donec paulo violentiori igni, vel associatis (Sali Tartareo) amicioribus subjectis denuo cedat; & penetrantem expectantibus, desidem, ac instar exhaustæ Aquæ Fortis acidonitrosi relinquat. Uti nobis plus vice simplici, etiam

Idq; violentiori destillatione manifestatur.

Sp. singularis cum Vitro Saturni; ac cap. mortui Liquor.

cum Silicibus, ipsoque Saturni Vitro, (dum superiorum annorum commendatione ducti, nescio quæ secreta inibi cum prædicto Alkali quæreremus,) contigit. Atq; hinc procul dubio etiam est, quod in

Nitrosa spicula in Tinct. tartari.

istius Oleo deliquato (concentratiori,) Tincturâq; tandem nitriformia quædam spicula inferius concrevant.

Ut itaq; Sal nostrum non quidem extreme, & ad pugilli
qua-

quasi remanentiam calcina-
 tum; ita nec perfunctorie tan-
 tum, fundum tenus, & inæqua-
 liter combusto Tartaro extra-
 ctum sit. Ne ex adverso, re-
 siduæ semicrudæ hujus partes
 (quemadmodum in imperfe-
 ctâ Spiritûs destillatione, & in
 Tartari Tartarifati confectio-
 ne fit,) absorptæ, Liqvo-
 rem postmodum prodant (ob Spiritûs
 oleiqve Tartari communis ali-
 quantillum,) à quæsitâ nostra
 Volatilitate haut parum diffe-
 rentem, atqve curiosioribus
 in isthoc genere meritò suspe-
 ctum.

Nec tamen hinc opus erit, Sal Tartari
 ut Tartarum quispiam, (cum è Capite
 polychrestî Spiritûs jacturâ) ^{mortuo} Spiritûs per
 seorsim calcinet. Quandoqvi- ^{fectè de-}
 dem ipsum Caput mortuum (v. stillati.
 g. è duabus tribusve Crudi li-
 A 6 bris)

ter,)
 do-
 vel
 a-
 enuo
 xpe-
 nstar
 ido-
 no-
 tiam
 ni
 an-
 du-
 inibi
 ere-
 pro-
 od in
 cen-
 dem
 a in-
 non
 gilli
 qua-



Supervacuè ulterius calcinatur.

Lentè ac totaliter commodissime excipitur.

Etiam citra reiteratas Depurationes, & quasi-crystallificationes.

Sal Sar-

bris) post totalem & ultimam dicti Spiritus Oleique destillationem, adeoque intimam fidentis Tartari combustionem resistans, (citra ulteriorem supervacueque vulgo repetitam ustulationem,) gratis & quasi pro superpondio suppeditat Sal, ut aliis usibus, ita huic quoque operationi sufficientissimum: præsertim si sine subita-

anea postmodum vehementiâ; imò penitus sine quadam, (quamvis severè operosèque nonnullis hunc in usum reiterata) Depuratione sensim sal-

tem in seipso totaliterq; excipitur. Nec enim (post partis coagulatu difficilioris, in deliquium verò magis pronæ separationem) Residuum subterconcretum, (ceu alii istud in specie, vel etiam lixivii Sar-

men-

mentorum cryſtalliforme coa-
 gulum requirunt,) ſeorſim
 huic negotio aptius invenimus.
 Quin potius, qui è Salis culina-
 rii ſpontanea nonnullibi è
 Carrhis Salinarumve Metis
 ſtillante Muria, v. g. ad quartæ
 partis remanentiam exhalatâ,
 per arenam quoque Spiritum e-
 legantiſſimum aperitivum de-
 ſtillari vidit; forte priorem il-
 lam portionem ferè commo-
 diorem crederet.

mentorum
 Vitium fa-
 cilis cry-
 ſtallifatur.

Spiritus Sa-
 lis, è Muria
 nonnullibi
 ſpontanea
 ſingularis.

Cæterum, ſi porrò ſupra-
 dictum Alkali, à crudioris Tar-
 tari commercio, (nî quasdam
 oleoſarum ſtriarum vel ſcoria-
 rum particulas, interdum inter
 eluendum, innoxie arripue-
 rit,) aliàs ſufficienter ſic ſecre-
 tum; diuturniori mediocri-
 que Calori per Menſes aliquot, aut
 ſuper Fornacem una alterave Sal Tartari

A

7

hye-

per lentam
digestio-
nem, spon-
giosius.

hyeme, perfunctorie tectum
exponatur: lenta ignis actione
pene porosum, ac in se quasi
spongiosum, eoq; hujuscemo-
di laboribus adhuc aptius de-
prehendetur. Atque hæc cir-
ca vulgare quoq; (justæ calci-
nationis,) Sal Tartari similiter
maximam partem observari
queunt. Nam illud hinc, dum
operationem tantummodo
compendia, per diversas obser-
vationes & Enchirises vena-
mur, ne utiqvam rejicimus.

Feces vini
sicca
Weintrü-
sen.

Tandem verò sicca Vini fe-
ces, (Destillatoribus vulgò vel
recentiorum aliis occupationi-
bus haut inconvenienter ce-
dentes,) si post vini residui ex-
pressiones, &c. aut consuetas
Spiritus abstractiones, in ahenis
parilive modo debite deinceps
exiccantur; uti per destillationem
(tùm

(tüm solitarie tüm alibi traden-
 dis additamentis institutam,)
 penetrantissimum & volatili
 spontaneo Sale refertissimum,
 (siqve per competentem super
 Alkali rectificationem à gra-
 veolentia nimia liberetur))
 perquam in compluribus affe-
 ctibus proficuum, sane volati-
 li Salis Tartari Spiritui hoc in
 passu ferè consimilem Liqvo-
 rem sive Spiritum fundunt: ita
 post communem at planè me-
 diocrem (in olla tecta) calci-
 nationem, speciosum, copiosè
 superstans, & quasi spontè de-
 super sublimatum albissi-
 mum Sal præbent, ejuscemodi
 negotio præ reliquis conve-
 nientissimum.

Spiritus in-
 de & Sal
 volatile per
 Retortam
 in Arena.
 Ejus recti-
 ficatio,

Sal aliud
 semivola-
 tle per cal-
 cinatio-
 nem.

Atqve hæc de ipsius Al-
 cali differentiis, (quatenus huc
 spectant,) & haut inutili Sele-
 ctu:

um
 one
 vafi
 no-
 de-
 ir-
 ci-
 ter
 rari
 um
 do
 er-
 na-
 fe-
 vel
 ni-
 ce-
 ex-
 tas
 no
 eps
 nã
 im



Etu : quo se in aliquali copiâ,
 sed tamen genuina & in Uri-
 nositate sua, (quoad ejus fieri
 poterit,) intemerata Volatili-
 tas inde sequestrari queat. Nam
 licet nonnullorum asserta in
 Solutiones quasdam aliasque
 circumstantias Acidum aliquid
 inferre videantur: nihilominus
 cum in (hactenus quidem no-
 tis) hujus fortis Spiritibus spe-
 ciale ferme nil, aut parabilio-
 ribus ejusmodi Menstruis a-
 deò superiùs inventum fuerit;
 ipsique potius circa dissolven-
 da Subjecta desides, aut circa
 soluta jam, (quæ intimiùs se-
 cum deferre debebant,) insta-
 biles, vel aliàs alienigeni de-
 prehendantur: forsan haut im-
 meritò (donec secretior præ-
 sentiorque, citra suspicionem,
 modus ad Aciditatem obtige-
 rit)

Supponi-
 tur hic Vo-
 latilitas ex
 Alcali pu-
 rē falsa.

Donec se-
 cretior præ-
 sentiorque
 Aciditas in
 de propa-
 letur.

rit,) acquiescimus pure falsæ,
 certè consimili lixiviosæ Alca-
 lium (ab ista translocatione
 seu immutatione haut penitùs
 alienorum) naturæ præ Acido
 (in hoc quidem genere) vici-
 niori ; competentiaque vel
 prædisposita Subjecta, suo
 quodvis modo, satis ado-
 orienti & amplexanti Volatili-
 tati. Sive de cætero Salis, sive
 Spiritûs, (utpote parum hinc
 differentis, & salinas particulas
 saltem in liqvamento suo ve-
 hentis) formâ prodeat.

Proindè consequens nunc
 est, ut Modos videamus, quibus
 ejuscemodi Volatilitas in rei
 veritate proluciat, aut prolici
 putetur. Quemadmodum e-
 nim plures sunt, qui (ut ab ini-
 tio notavimus,) Phlegmati-
 cum solùm, (Tartarei quid o-
 len-

Potiores
 modi col-
 ligende Vo-
 latilitatis i-
 stius è Sale
 Tartari.

Et quidem

piâ,
 Iri-
 ieri
 ili-
 am
 in
 ve
 vid
 nis
 to-
 ce-
 o-
 a-
 it ;
 n-
 ca
 e-
 a-
 e-
 n-
 e-
 n,
 e-
 t)

vel appa- lentem,) aut levidensem Li-
 renter ta- quorem, vel nominale tantum,
 les, aut lan- alienum, aut planè tertium
 gvidiores.

quidpiam genuini loco præ-
 beant: ita non unus saltem,

vel genui- verum aliquot inveniuntur
 ni; nihilo- Proceffus, qui revera quæsitum
 minus coin- hîc Sal, aut ipsi congenerem (à
 cidentes.

communi tamen Tartareo ad-
 modum distantem) Spiritum
 suppeditent; & nihilominus
 invicem tum in odore, sapore,

Æquè ac colore, salinarum partium for-
 plurima An mâ, &c. tum in effectu viribus-
 timonialia que manifestè coincidunt. Æ-

diaphore- que ac permulta v. g. Mercu-
 tica, Tin- rii, Antimonii &c. Præparata,

cturæ An- quamvis ad concertationem
 timonii sul usque, diversis viis mediisque

phuræ, Mercuria- negotiosè conquirantur, co-
 lia cathar- dem tamen ut plurimum post-

etica &c. coincidunt modum recidere; & quæ per
 operosas ambages ferè secreto

con-

confecta fuerunt, cum vulgati-
tissimis tandem compendiis
penitus convenire passim cer-
nimus.

Amplius, quemadmo-
dum Salinorum reliquorum
pleraque (licet respectivè mi-
nus fixa,) facilius tamen atque
copiosius elevantur, si dum an-
natum defuerit, extrinsecum
solummodo, sed competens
atque continuationem destilla-
tionis in isto genere sustinens
addatur Vehiculum; aut pro-
re nata Separatorium saltem
corpus, quod aliquam Subje-
cti partem, præsertim fixiorem
aut alienam invadendo, &c.
Subtilioris atque huc magis
pronæ substantiæ ascensum ita
facilitet. Ceu inter plurima,
vel solum Sal culinarium, (op-
pidò Spiritus sui facilis aut in-
quus,

Diversa Sa-
linorum
corporum
vehicula,
destillatio-
nem facili-
tanta,

Sp: Salis
cum Alu-
mine sat
bonus.

Li-
m,
um
æ-
n,
tur
im
(a
ad-
um
us
re,
or-
is-
E-
u-
ta,
m
ve
o-
st-
er
to
n-



quus, pro additamentorum ratione, promus coctus,) liberaliter innoxieque refundit duplici, (hunc in finem adjecti) Aluminis crudi superpondium : iis qui naturam ejus, & Capitis mortui (seu integri, seu in Sal tertii generis & albissimam

Caput mortuum hinc in Sal aluminosum & albissimam terram sequestrari potest.

Diversa Salis Tartarei additamenta pro separando spiritu.

Terram resoluti) notabilem Aluminositatem norunt, in medendo neutiqvam suspectum. Sic pariter etiam Alcali Tartareum, (etsi longè forsàn pigrius,) per vehiculi tamen complicati vel sollicitantis, aut certæ Materiæ (sulphuræ vel acidæ, salis portionem arripientis, & in eo ignis gradu carboniformiter aut Magisterialis coaguli instar retinentis,) accessum, eequidem facilius ascendit secundum reliqvam istam partem, quæ simpli-

plici ignis actioni aliàs vix, aut non sine variis inconvenientiis paruisset.

Quibus ita præmissis, ut specialius deinceps ac ordine quodam, diversimode sic quaesitæ vel promissæ Volatilitatis nostræ rationes, quid valeant, quantique sint, (ducto per remotionem quasi, à languidioribus, suspectis, minusve talibus exordio,) perlustremus: principio Tartarificatus Vini Spiritus, unâ sc. alterave vice ab Alkali Tartareo pro phlegmatis (sulphureo salinis istius particulis adhucdum sat copiosè intermixti) majori quadam separatione communiter abstractus; quamvis ob evidentiorrem hanc concentrationem, tum per se, tum in Essentiis Mixturæ sive compluribus perquam

Sp. Vini
Tartarificatus
communis.

Phlegmate
adhuc per-
fusus.



Sal volatile
vehit.

Idq; sepa-
rari potest
instar Ar-
monicalis
coaguli,
per sp. vi-
trioli.

quam in sua destinatione præ-
stans sit: & quasi proprium si-
bi volatile quoddam Sal (ex ista
profapia) participet, imò vel
ab ipso Alcali insuper aliquid
abreptum, secum evexisse po-
natur: indeqve propter alteru-
trum horum, si paulò validior
Vitrioli Spiritus instilletur,
non solùm subtilem quandam
Ebullitionem, verum etiam ut-
plurimum post lentam exhala-
tionem Salis subaciduli nec in-
elegantis quidpiam ostendat:
nostro tamen apparatusi, & per
multum hinc distanti præ-
gnantioriqve Salis Tartari Spi-
ritui protinus haut accenseri
poterit. Siquidem & Alcali-
num illud, quod in superficia-
liori hoc, æquè ac in speciosio-
ri incerationis (inferius attin-
genda,) processu forsitan a-
scen-

ascendisse conjicitur, oppidò
 nihilominus erit exiguum: &
 sensibilius in ejuscemodi o-
 peratione, post separatum
 (quasi semistiptici saporis)
 Phlegma, demum prodire de-
 prehenditur. Ceu ultimas so-
 lum guttas, dum dicta residuæ
 humiditatis abstractio per Re-
 tortam instituitur, aut parili
 modo Vini Spiritus (per Salis
 Tartari dissolutionem, & subi-
 tō subsidentis aqvositatis sub-
 tractionem compendiosè De-
 phlegmatus,) ad siccitatem us-
 que paulò fortiori igne destil-
 latur, Acredinem alcalinam
 gustantibus offerre tandem ob-
 servamus. Quasi quis pro-
 lubitu (nam & congeneribus
 Alcalium volatilitatibus addi
 possunt,) abstracto illi Spiri-
 tui Vini Tartarifato (præsertim

Sp. V. Tar-
 tareisati,
 Tinctura-
 rumq. Sa-
 lis Tartari
 destillata-
 rum ulti-
 mæ guttæ
 acres & al-
 calisatæ
 sunt.

Compen-
 diosa Sp. v.
 per Salis
 Tartari dis-
 solutionem
 dephleg-
 matio.

re-

ræ-
 si-
 ista
 vel
 vid
 oo-
 ru-
 ior
 ur,
 am
 ut-
 la-
 in-
 at:
 per
 ræ-
 pi-
 seri
 ali-
 cia-
 io-
 in-
 a-
 en-



Sp. V. Tar-
tarifatus
alcalifatus
duplex.

repetito dum per accidens ob-
tingunt,) permiscuerit; hanc
minus inde sic Alcalifatum (a-
lios fortassis in usus) habebit;
quam si Vini rectificatum Spi-
ritum à globulis argillâ & sale
Tartari constantibus, validio-
ri demùm igni abstraxisset:
aut in Eundem (prius à crudo
Tartaro lentè destillatum,) in-
tensiori postmodum Vulcano
Tartareæ Spirituositatis reli-
quias (sed ingratiore hinc odo-
re) propulisset. De cætero ta-
men nec hi Liquores, ob ean-
dem Volatilitatis inibi disper-
sæ paucitatem, desideratorum
numero convenienter associa-
ri poterunt.

Oleositas
è Sp. Vini.

Quod autem Oleosi quid-
piam in prædicti Spiritûs Vini
Tartarifati confectioe, resi-
duo Phlegmati, (æque ac ve-
na-

nali generosiorum fecum Spi-
ritui,) nonnunquam innatet
verum quidem; sed tantum i-
deo Cordiale non est, aut inde
meretur, ut guttatim sic, aut o-
perosius adhuc (rectificatum

Quinta Es-
sentia Vini
nonnullum

vini, cum concentratissimo Sa-
lis Spiritu digerendo, eoq; sul-
phureas particulas, abreptis
salinis, liberando,) colligatur.

Cum ad Moeni Rhenique tra-

Oleum vi-
ni.

ctus, fecum destillatores pas-
sim tolerabili pretio vendant

Vini istud (paucissimis no-
stratum, dum plerique Spiri-
tum ardentem hoc nomine

proponunt, notatum) Oleum;
è Rectificationis remanentia

successive, more tralatitio, de-
super collectum; atq; hinc op-
pido feculentum quid olens;

donec super Alkali vel Salis
Spiritum, aut potius per Vesi-

B cam

Rectificata- cam rectificatum, acceptionem
 tur commo & Spiritus è fecibus prolecti
 disfinè per similem odorem induat. Ve-
 vesicam, rum hæc in transitu.

Seqvitur præcedentibus
 qvadantenus affinis, ac pridem
 Sal Tart. hoc nomine traditus modus;
 volatilitas è soluto in Vino Alkali, (post
 per repeti- Spiritûs ardentis atqve phle-
 tas Vini gmatiss abstractionem,) Sal vo-
 abstractio- latile proponens. Experientia
 nes. subjectus dedit quidem è resi-
 duâ Mafsâ (utpote Alkali &
 Tartaro Vini constante,) mo-
 dicum Liqvoris, uti vulgari
 Tartari Spiritu longè graveo-

Spiritus in- lentioris, ita quoq; acrioris, &
 de aperiti manifestas hinc particularum
 vus, gra salinarum notas ostendentis;
 veolentior concreti verò cujusdam Salis
 vestigia quædam potiùs, quam
 spectabilem compagem: cum
 Olei Tartarei circumcirca de-
 ei-

cidui aliquantillo. Ut eviden-
 tiori Volatilitate prægnantio-
 ribus, atq; simul minus ingra-
 tis acquiescentes, (præsertim
 cum ipse vini Spiritus feculen-
 tiori odore sic infectus prode-
 at,) totum hoc feliciori forsan
 (inter frequentiores adhuc re-
 petitiones, vini variationes &c.)
 inquisitioni reliquerimus.

Uti & Spi-
 ritus ar-
 dens.

De cætero assimilis isti,
 sed tamen acceptior est Spiri-
 tus, qui è Tartaro Tartarificato,
 (seu aperitivo illo coagulo, è
 tribus Tartari purioris aut de-
 purati, & duabus Aleali parti-
 bus confecto,) haut difficul-
 ter, (proflua simul olei parte,)
 destillatur: de Volatilibus
 Salis particulis procul dubio
 quidpiam (vel odoris saporis-
 que huc declinantis testimo-
 nio,) similiter participans:

Tartarus
 Tartari-
 fatus

Spiritus
 atq; oleum
 Tartare-
 um

B 2 at-

atque (licet in exquisitorum
 classsem ob antedictam causam
 referri nequeat,) nihilominus
 in aperiendo & resolvendo
 non contemnendus : sive per
 se ac solitarius, sive sub com-
 petentium, nec volatilitatem
 ejus adeo infringentium Spiri-
 rituum tincturarumve confor-
 tio detur. Æquè ac Tartareus
 iste, (sed subacidulus) qui cum
 Vitrioli ad crudum Tartarum
 subquadruplo vel subtriplo
 (alias in diversos usus,) hanc
 inconvenienter prolicitur ;
 vulgationique officinarum A-
 peritivo, (etiam debito ignis
 regimine, ne tandem planè Vi-
 triolicus exiisse videatur, de-
 stillato,) in ejuscemodi desti-
 nationes longè præsentior de-
 prenditur.

Sp. Tartari
 Viriolatus

Sp. Aperi-
 tivus P.

Porro verò nec tralatitius
 ille

ille cum Bolo consimilive Ter-
 ra modus. momentum adeo
 magnum huc conferre poterit,
 Quamvis enim ut plurimum
 quoadantenus procedat ; & Li-
 quorem sensibilibiter urinosum,
 eoqve instillato Vitrioli Spiritu
 subtiliter ebullientem præ-
 beat: volatile tamen inibi per-
 quam est exiguum ; indeqve
 (ceu alii quoque questi sunt,)
 effectus oppido remissior ; sive
 per se, sive quæsitis hinc Solu-
 tionibus Extractionibusve
 fuerit adhibitus. Ut taceamus,
 acidulum solummodò, desidi-
 que Terræ Sigillatæ, vel con-
 generum Argillaceorum Spi-
 ritui consimilem nonnun-
 quam (pro additamenti forsi-
 tan natura, copia, &c.) cum
 aliquali saltem Tartareo odo-
 re prodiisse.

Sp. Salis
 Tartari
 cum Bolo
 &c. debi-
 lior.

Interdum
 planè aci-
 dulus.

B 3 Quod

um
 am
 us
 do
 per
 m-
 em
 ri-
 or-
 us
 um
 um
 lo
 ut
 r ;
 A-
 nis
 i-
 e-
 ti-
 e-
 us
 le

Recentiorū
ignis peni-
tus imme-
diatus.

E carboni-
bus ol tar-
tari satura-
tis Spiritus
debilissi-
mus.

Quod autem nonnullorum Ignem penitus immediatum attinet; Fastigiato illi (per directam Receptaculâ) Furno, cum superioribus annis multa commendatione proponeretur,) iniecimus super prunas, pro more, carbones oleo Tartari rite saturatos, & circumcirca sufficienter siccatos. Sed idem nobis (forte an infelicitioribus) contigit, quod aliquibus nonnullibi Spiritum Salis parili ratione quærentibus. Ignis scilicet sensim suffocatus, & phlegmatici tantummodo quidpiam, paucissimis particulis revera urinosus intermixtum, in inferiori Recipiente collectum est.

Æque debile & perquam exi-

Nec saturatus quid (in exiguâ simul quantitate) nacti sumus, cum alia vice ipsum Alkali

cali (mediocriter saltem sicca-
tum,) prunis inspergeremus. guum quid
a Sale Tar-
Adhærescens siquidem hinc, tari prunis
insperlo.
inde, vel per contiguitates ista-
rum secedens, illic in massulas
ignitioni sustinendæ minus de-
inceps aptas abeundo, hinc Vul-
cani levatoriam violentiam
subterfugiendo, utrinque tunc
expectationem nostram in
tantum fefellit.

Cum autem ipsum (à de-
stillato Tartari Spiritu resti-
tans) Caput mortuum, non- E. capite
mortuo de
stillati Spi-
ritus Tar-
tari, prunis
infecto sen-
sibilius a-
scendit uri-
nosa Vola-
tilitas, parū
tamen col-
ligitur.
dum elixiviatum, similiter ali-
quando injiceremus, (uti i-
gnem aliàs promptè concipit,
ita) secedentis subtilioris par-
tis manifestiores notas, in supe-
rioribus præsertim receptaculis
(etiam odorantibus) ostendit:
eo ipso tamē potissimam partē
effugiens, infimo salinæ urino-

fitatis modicum reliquit. Ut
facilioribus ac eodem reciden-
tibus modis deinde contenti,
hactenus in hujus generis de-
stillationibus repetendis cu-
riosiores esse desierimus: ma-
jori aliorum, inter otia, felici-
tati relicto ejuscemodi (seu
pristini, seu propter difficulta-
tes quasdam contractioris
nunc) Furni proventu, sive
(Sarmentorum combustorum
instar) per se, sive per addita-
menta quoque, evidentius for-
tasse conquirendo.

Sal Sar-
ment. vo-
latile.

Instrumen-
tum singu-
lare pro Sa-
lis Tartari
Volatilita-
te, aëris in-
terventu
levandâ.

Quo pariter remittimus sin-
gulare quoddam, nobis ali-
cubi superioribus annis depi-
ctum Instrumentum; procul-
dubio Authoris famigeratissi-
mi verbis, huc per frequenter,
nec citra speciem tractis:
(quod scilicet aër imprimis

VO-

volatilifet sulphur concreti, „
cum omnimoda separatione „
fui Salis, &c.) inventionem „
debens: atque adeo circa Salis
Tartari conceptaculum aërem
quoad antenus admittens; ut per
cucurbitiformem Tubum ad
Alembicum convehatur leva-
tus à subteraccenso igne Spi-
ritus; ferè Sulphurei cam-
panarii instar. Nam dissipa-
tiones volatilis hujusmodi
substantiæ hinc inde, præfer-
tim repleto (per suppositio-
nem) Receptaculo subveriti,
tale quid experiri nolimus.
Atque hæc de magis quidem
consentaneis, levioribus tamen
remissioris Volatilitatis modis.

Seqvuntur, (ne quid in ist-
hoc genere censuque sit reli-
qui,) remotiores adhuc, ob
accessoria magis suspecti, vel

B 5 pla-

Spiritus ex
Armonia-
co, Calce
viva & Sa-
le. Tarr.

planè tertii penitusvè alieni ;
quamvis (in sua quavis destina-
tione) haut inefficaces, inde-
que nonnullam hujus fortis or-
tusque speciem diversimode
præ se ferentes, aut rem ex alio
aliove capite pensitantibus,
præ se forsitan laturi. Quod-
que inter istos, principio, Spi-
ritum ex Armoniaci, Salis Tar-
tari, Calcis vivæ, (imò aliorum
insuper, indifferenter inibi se-
met habentium additamento-
rum) mixturâ, per notas passim
enchirises destillatum concer-
nit: eequidem in penetrantia,
sua perquam præstans, & non-
nullis hinc pro quasi Tartarifa-
to habitus est. Verum; ut A-
cidæ Armoniaci partis, (Sal
Tartari vel Calcem vivam pro
more invadentis) intuitu, quæ-
dam Volatilitatum (inde sece-
den-

dentium associatio, mediocri
 conjecturâ, concedi posset:
 collectus tamen (& inter suffi-
 cientis humidi defectum Flo-
 ribus nonnunquam intermix-
 tus) Spiritus, (hactenus Armo-
 nicali titulo diditus,) per istud
 quoq; præsuppositum nihilo-
 minus maximam potissimamq;
 partem adhuc Talis, seu Uri-
 nosus ac forsan fulgineus fo-
 ret. Caput autem mortuum
 ulteriori experientia subji-
 cientibus, (ut incidenter hæc
 persequamur, siquidem è Cal-
 cis vivæ commercio fuerit,
 Tincturam vel Liqvozem sup-
 peditabit, (Nephritici nonnul-
 libi nunc usualis imitamento,)
 haut penitus rejiculum: sin au-
 tem è simplici Salis Tartari at-
 que Armoniaci mixturâ super-
 erit, & soiritus Vitrioli parte

Liq. vel tin-
 ctura Ne-
 phritica ex
 stius Cap.
 mortuo.

B 6 per-

Sp. Armo perfundetur; promptè hinc
 nicalis a^a destillabitur Aperitivus Spiri-
 cidus è Cap^o tus, cuius Armonicali Acido
 mortuo 10^o lius Armo compar: Quando verò dictum
 niaci & Sa- caput mortuū rectificato Vini
 lis Tartari. Spiritu simpliciter extrahetur,

Sal aperi- & quod extractū est, Spiritu Vi-
 tivum ele- trioli spræcipitabitur, elegans
 gans ex co- salinum, (& Sale Antihypo-
 dem

Sal Anti- chondriaco, quibusdam è Flo-
 hypochon rum Armoniacalium, à Sale
 driacum è Tartari perfectè sublimato-
 Cap. mor- rō, capite mortuo extracto vix
 tuo Flo rū, inferius) coagulum prodibit.
 niacalium

Sed ut ad institutum no-

strum redeamus; num quoque
 Sp. Calcis vulgatiore Calcis vivæ Spiritus
 Vivæ com. (per prævias Alcohol vini ab-
 stractiones & Alkali Tartarei
 additionem, &c. paratus,)
 pariter de accessorio hoc Sa-
 le quidpiam participet; è
 diversis conjecturis disquiri
 qui-

quidem posset: & in utramque partem facile quis allegaverit tūm ipsam Calcis vivæ naturam; & pronum hinc (ut & ab Alcalibus) Volatilitatum quarundam successum; quarundam verò totalem quasi transmutationem: tūm porro Spiritum Calcis, etiam absq; Sale Tartari destillatum: Odorem ab hujus Spiritu quadantenus distantem, &c. Præterea & ex adverso, consimilem ferè Salis Tartari cum Silicibus, etiam calcinatis destillationem: Liquoris sub olei Saponis confectioe provenientis alcalinam Acrimoniam, corporali Sale volatili (nī quis ex Animalis profapia prodiisse dixerit) manifeste perfusam: diversas circa Lapidem tonforum corrosivum observationes; & si quæ

An de Sale Tartari quid eveniat, dubitatur.

Liquor quasi alcalisatus cum Sale Volatili, in destillatione Saponis Ven.

B 7 in-

inc
iri-
ido
um
ini
ur,
Vi-
ans
oo-
lo-
ale
co-
vix
t.
o-
ve
us
b-
rei
,)
a-
è
ri
i-



insuper, pro & contra, (uti lo-
quuntur) huc proferri queunt.
Verum ejusmodi sententias
operosius persequi, nostri nunc
non est instituti: nec si vel ma-
ximè de Alkali Tartareo quid-
piam participaret Spiritus ille
(si ritè paratur,) præstantissi-
mus; ob accessorii tantillum,
aut solam affinitatem, nostræ
protinus sortis aut Sylloges ge-
nuina pars foret. De cætero
comparem, penetrantiolem,
& citra tædiosas Incerationes,
Tubuli biñdi, vel hamulata-
rum intus (per Retinacula qua-
si, phlegmatis ascensum impe-
dientia) Serpentinæ applica-
tiones, longè parabiliorem
Liquorem nanciscetur; quis-
quis saltem Salis (haut dephle-
gmatum, vel cum Alumine
compendiosius destillatum)
Spi-

Serpenti
næ hamu-
latæ pro
Sp. Calcis
V. comam.

Spiritum anatico Calcis vivæ recentis ponderi affundendo, per Alembicum exceperit id, quod (inter consuetas effervescentias, & Acidi cum Terreo copulationes,) sponte sed copiosè, urinosissimo sapore & odore stillat. Residuo in supra notati Liqvoris Nephritici, (è Spiritus Salis calcisque coagulo communiter educti,) confectionem adhuc dum sufficientissimo.

Spiritus è Calce viva singularis cum Spir. Salis.

Liqvor Nephriticus.

Porro, cum Sal Tartari Aceto (tantum simpliciter, eodem, quo pro Terra foliata conquirenda cum destillato solet, modo) saturatur: (fit autem istud utrobique commodissime unica sufficienti affusione:) & relictum post abstractionem Magma ulterius validiori igni subjicitur: Spiritus provenit aut

Imitatio Salis essentialis cum aceto s.

Saturatio commodissime fit una vice per Aceti d. septuplum.

Spiritus è urinosam quandã acrimoniam
 Magmate acetositati (quasi Armoniacali-
 Salis Tar- ter,) intermixtam præ se ferens:
 tari & Ace- indeq; recensitis quodantenus
 ti s. quidem affinis: parabilior sane
 sic, atq; speciosior præ isto Li-
 quore, qui ex Aceto destillato,
 Liqvor ab (dũ Alcali similiter imprægna-
 Aceto d in- tur,) Spiritui Mellis vel Guaja-
 confectio- sent. re- cino primo similis, tandem au-
 ne Salis Es- diens. tem aperte acetosus redit; (&
 Est men- aliquibus ad inspissatorum quo-
 Aruum rundam Succorũ Marinorũq;
 non conte- solubiliorum extractiones ad-
 mnendum hibetur:) aut qui longè carius
 Terra folia ex ipsa Terra foliata (dum ulti-
 ta de subito mæ Vulcani vehementiæ pro
 non subli- sublimatione, de subito sic ne-
 matur. quicquã quæsitã, subjicitur,) nõ
 Dat ita Spi- sine dispenditione polychestri
 ritum aci- medicamenti, acidulo sapore
 dulum. stillat. Eo porrò, qui ex Essen-
 Arcanum tiali Sale Tartari, cũ Bolo suba-
 Tartari. cto,

cto, nonnullis (Arcani Tartari quorundam cum hoc quidem in genere poste- Bolo. rior. Quod tamen proinde, cum sociis hisce suis, congen- ribusq; (quamvis aliàs in usu medico vel chymico haut inef- ficacibus) ad expetita Volatili- tatis nostræ Syllogen propriè referri nequeat, vel acetosarum particularum associatione (e- tiam qualicunqve) liqvet. I- deoq; & singulariorem istum, Sp. Tartari qui è sæpedito Essentiali Sale, ph. quo- post plurimas Spiritus Vini ab- rundam. stractiones quasi Tartareo ve- Liqvor ele- lamento tandè prodit, isti con- gans Ter- fidentius accensere adhuc dum ræ f. in du- distulimus. De cætero, quem- plo Sp. V. admodum Terræ foliatæ deli- solutæ. qvium aut dilutum, tum per se, tum in aliarum (symbolizan- tium nec contenti sui nimiam præ-

am
ali-
ens:
nus
anc
Li-
to,
na-
ja-
u-
&
o-
iq;
id-
us
ti-
ro
e-
nō
tri
ore
n-
a-
o,

Tincturis præcipitationem hinc patientium) Tincturarum confortio perquam est efficax: ita nec supra notati Magmatis (Sal enim siccum sic non provenit,) dilu-

Liquor Magmatis ex recto s. & Sale Tart. Acetum simplex (in se nitrosæ potius est Nitrosæ naturæ; præcipitationū &c. testi- monio, tum, inter ejusmodi aperientes & detergentes Liquores adeo defes invenitur. Ceu aliàs Acetum simplex (in se nitrosæ potius, quàm Vitriolicæ vulgò naturæ,) in compluribus operationibus (v. g. Plumosorum Magisteriorum confectionibus, Mineralium Metallicorumque nonnullorum extra-

Loco de- stillati varie adhiberi potest. stillati locum sufficienter complet: nisi compendiosius & in copia (per Vesicam cum Vi-

Per yestreo alembico, grandiorique Recipiente) destillatum, certis de causis impendere placeat.

De

De Spiritu, qui sub Tar-
 tari Vitriolati communis præ-
 paratione per mediocrem (non
 verò violentam ultimamq; Vi-
 triolicum postliminio reddentem)
 abstractionem potest colligi;
 & aliquibus haut penitus re-
 jiculus habetur; cum in Vo-
 latilitate illa, quæ hîc quidem
 requiritur, sit leviusculus, non
 est, cur in præsentiarum multa
 dicamus. Sic dum usualis
 Salis Tartarei vice, istud quod
 Aceto destillato saturatum est,
 aut ipsa Terra foliata (aqvæ f.
 aliquantillo diluta) recipitur,
 sanè penetrantissimus, sed si-
 mul (destructo per Spiritum
 Vitrioli priori coagulo) ace-
 tossimus, adeoque à nostra
 nunc intentione similiter alic-
 nus hinc Liqvor, sub debita
 moderataq; abstractione pro-
 dit;

Spiritus in
 Tart. Vitr.
 confectio-
 ne colligen-
 dus.

Ultima
 violentia
 vitriolica
 reddit.

Tartarus
 Vitr è Sale
 Essentiali.
 vel Terra f.

Spiritus
 eadem o-
 pera acidus

en-
 rtio
 fu-
 nim
 ilu-
 en-
 s a-
 liàs
 ofæ
 lgò
 pe-
 um
 ni-
 co-
 ra-
 ce-
 m-
 in
 vi-
 ve
 r-
 a-
 De

prodit; relicto (n̄ validiore i-
gne destruat̄ur,) Tartaro quo-
dam Vitriolato, in destinatio-
nibus suis haut adeo inepto.
Verum adhuc speciosior colli-
getur, si (quò obiter talia per-
sequamur,) Tartarificatus Tar-
tarus, loco Salis Tartari, Spi-
ritu vitrioli eodem modo im-
prægnetur. Gratuitus autem,
& quasi aliud agendo, in copiâ;
dummodo complures isti (vul-
gò passim effusi) Liqueores qui
post Vitriolicarum Solutionum
per Alcalia, (& vice versa) per-
actas præcipitationes, abun-
danter restant, (nec in rei veri-
tate vomitoria vi, quod tamen
è sulphureis Antimonii Solu-
tionibus verendum hic non
est, infecti deprehenduntur,)
debitæ exhalationi securissi-
moque coagulo exponerentur.

Quod

Elegans
Tartarus
Vitr. è Tar-
taro Tartar-
ificatio.

Gratis col-
ligi potest
Tartarus
Vitr. è Præ-
cipitationū
residuo Li-
quore.

Quod etiam circa Acetofarum
extractionum, (per Sal Tartari
ac versa vice præcipitata-
rum) supernatantem humidi-
tatem parili compendio, (pro
gratis acqvirendo Terræ folia-
tæ fundamento,) observari
poterit. Sed hæc pro remissio-
rum alienorumque modorum
lustro vel recensione (felicio-
rum nihilominus experientia,
forsan inter enchirisis aliarum-
ve circumstantiarum variatio-
nes oppido relictâ,) hæctenus
sufficiant.

Consequens nunc est, ut
similiter, (secundum observa-
tiones nostras) Saturatiores,
magisque Consentaneos, Ge-
nuinisve propinquiores dein-
ceps videamus. Quod itaque
ab initio istum cum Silicibus
congeneribusq; (abundantio-
ris

Sic quoque
Salis Essen-
tialis prin-
cipium.

Sp. Salis ris tamen humiditatis Alaba-
 Tartari strum nondum tentavimus,) cum Silici-
 buis, attinet: succedit negotium; si
 cum Alkali Tartarei quadruplo
 per Retortam, (cum Opercu-
 latum illud vas ejuscemodi pe-
 netrantiores successivè Inge-
 storum spiritus, inter quascun-
 que cautelas admodum disper-
 dat,) debito ignis regimine,
 (ne protractiori labore Sal
 perfluat) ritè destilletur. Et
 urinosa volatilitas Siliceæ (no-
 bis neutiqvam hîc suspectæ vel
 destinationibus istius adver-
 santi) aqvositati intermixta se-
 met fat prodit; quin imo non-
 nunqvam salini coaguli quid-
 piam seorsim apparet. Ne ve-
 ro quis Alkali Tartareo-nitro-
 sum ad ejusmodi operationem
 recipiat, supra jam monuimus.
 Quod autem residuam (ma-

Sal Tartari
 nitrosum
 huic Pro-
 cessui non
 convenit.

gna

gnæ superioribus annis com-
 mendationis) Massam concer-
 nit, eequidem (præter alia Me-
 chanica) Tincturam (pro as-
 sumptorum tamen Silicum na-
 turâ) suppeditat aliquanto spe-
 ciosiore Vulgari sive simpli-
 ci Tinctura Tartari ; utpote
 quæ aliàs ab Oleo deliquato ;
 vel potius à subsidente satura-
 tissimoque Phlegmate, (dum
 Alkali in ardenti Spiritu dissol-
 vitur,) parum differt Utram-
 libet tamen in plerisque inten-
 tionibus æquat aut superat,
 haut inelegans Tartari Tarta-
 risati liquor, per simplicem i-
 stius Coaguli in duplo Spiri-
 tûs Vini dissolutionem, & len-
 tam secedentis (à phlegmatica
 sui parte) Spiritûs divapora-
 tionem promptè conficien-
 dus. Sic nec Magisterium è

Tinctura
 Silicum
 Tartarea.

Tinct. Tar-
 tari vulga-
 ris.

Liquor Tar-
 tari Tarta-
 risati ele-
 gans,

COM-

Magisterium commune Silicium Liqore tan-
 rium e Li ti in medendo deprehenditur :
 qvore Si five per Aquæ simplicis co-
 licum. piam, (levissimum tunc ;) five
 Cum aqua per Spiritum Vitrioli (specio-
 f. & cum so Tartaro Vitriolato post fil-
 Sp Vitrioli traturam inde simul provenie-
 Tartarus te) præcipitetur. Sed hæc in
 Vitriolatus inde. transitu.

Porro verò prægnantior
 Oleorum adhuc est hucusque recensito,
 dest. salifi- qui ad normam singularis istius
 catio non- Salificationis subtiliorum O-
 nullorum. leorum instituitur modus. In
 dubium quidem aliquando tra-
 ctus; quasi (cum mixtura sa-
 poniformis hinc oriatur,) et-
 iam nil ultra oleum saponario
 compar fit suppeditaturus ;
 aut saltem sub occultiori Dige-
 gestione, (ceu Singularis ali-
 cubi à recentiori talium Auto-
 re vocatur ;) sepultus lateat.
 Sed

Sed enim labor hic, uti jam o-
 lim à solertissimis Viris ex par-
 te propositus est, ita ad literam
 quoque in nostro hoc Subje-
 cto feliciter procedit: sique
 simplicissimè solum Olei Tar-
 tari nigri pars una, cum Salis
 Tartari (præsertim prædispo-
 siti, vel è Vini fecibus extracti)
 duabus partibus ritè mixta, &
 crassamentum hoc (saltem in
 Retortula sua) lente per men-
 ses aliquot, aut supra fornacem
 hyemali tempore, continuo, &
 patienter digestum fuerit, in-
 stitutâ postmodum (per are-
 nam quoque, si minor extiterit
 quantitas) destillatione, Sal
 volatile urinofissimum sat co-
 piosè prodit, recipientis late-
 ribus, cornutæque collo undi-
 que adhærens, & congeneri
 tandem Spiritui (una cum pe-

Procedit labor.

Et dat Sal volatile, Spiritum, Oleumque penetrantissimum.

C

ne-



De ortu hu
j^o Salis Spi-
ritusque
Volatilis.

nerantissimi ac quasi saponarii Olei aliquota parte ascendenti,) nonnunquam ad dimidium usque illiquescens. Cujus autem parentis nunc sit progenies; & num aliqua olei Tartarei particulæ per transformationem quandam, (quod frequens Autoris de Oleorum in Sal volatile Mutatione vel Abitu phrasis nonnemini sonare posset,) revera hinc obtinguisse quasi credi queant: an verò salinæ Volatilitates, (sub primam istius destillationem arreptæ vel absorptæ,) per Alkali propellentis accessum, à Sulphureis denuo sic liberatæ solùm fuerint: aut demum ex ipso Sale fixo (per volatilis substantiæ associationem, obscuriorive adhuc ratione, in ejusmodi mixtura digestioneq; sol-

sollicitato vel disposito) surre-
 xerit illud, quod in notabili
 quantitate, relictâque simul,
 (dum è capite mortuo resi-
 duum Alkali elixiviat,) car-
 boniformi, sen pingvedinum
 combustarum simili crustâ
 prodit: (quamvis sit præter in-
 stitutum nostrum,) dijudica-
 tu tamen haut adeò forsan erit
 difficile: præsertim si quis Vo-
 latilitatis isthoc modo collectæ
 odorem, saporem & effectum,
 cum aliis processibus, (Olei
 Tartari ad Alkali volatilifatio-
 nem sensibiliter nil accipienti-
 bus,) penitus eundem; præte-
 rea olei simul extillantis acu-
 men, (præsuppositarum sali-
 narum particularum quasi con-
 centrationem sat prodens:) i-
 tem Liqvoris sub Saponis (tan-
 quam coagnli nostri Imita-
 C 2 men-

Sapo hujus
 coaguli 1-

mitare en-
tum quod-
dam.

menti cujusdam, vel superfi-
ciariae ingredientium coagmen-
tationis) destillatione prove-
nientis falsedinem, (si per su-
pradictam limitationem, inter
consimiles observationes li-
bet,) eadem opera perpende-
rit. Sed hæc de singulari hoc,
& delectui nostro (donec alius
Salis, non Olei Spiritus revele-
tur,) in tantum genuino, ac per
quam saturato, tædiosiori ta-
men Processu sufficiant.

Sequitur tertius, (sed æ-
que ferè laboriosus, genuinus
interea,) qui in plerisque ca de
re Libellis, per Spiritus Vini
(imo Frumentacei quoque,)
verum utrinque prius alcolifa-
ti, aut (per ante notatam sim-
plicem Salis fixi dissolutione)
Tartarifati abstractionem vul-
gò præcipitur. Ascendit post
Spi-

Spiritus &
Sal Tarr
Volat. per
abstrac-
tiones Sp. ar-
doris.
Etiam fru-
mentacei
Sed utrinq;
per ar-
doris.

Spiritus) aliquoties hinc repetitas lentasque destillationes, (intensiori postmodum igne,) Liqvor urinosisissim^{us}, congeneri Sali plerunq; (ni parciora cohobia. ignis remissior, aut vasorum difformitas impediant,) sociatus; at simul perquam parcus: ut compendiosiorum modorum intuitu vix compensare videatur toties repetendos, (ut totum generali voce complectamur,) labores. Num enim revera sic inceretur Alcali; siue de salinis Spiritus ardentis particulis adhæreat ipsi quidpiam, postliminio denuo sublimandum: an verò disponatur saltem ad faciliorem subtiliorum (& vellicationibus istis quasi sollicitatarum, liberatarum, aut qualicunqve tandem ratione modificatarum)

De ortu istorum si rite dubitari potest.

C 3 par-

partium ascensum: aut penitus demum alternatione quadam, inter Cohobia, Volatile fiat fixum, fixum autem eadem opera Volatile: adeoque; cujas tandem sit ista hæc volatilitas, haut adeo difficulter forsitan determinabit, qui conferet invicem (altera quidem parte,) manifestum & largum (subadstringentis) Phlegmatis, post singulas abstractiones proventum; (a subtracto vel plane quasi subterinverso Spiritus ardentis interiori Sale proficisci nuper quoque; traditum:) secretiora insuper ritud destruedi vel separandi præsupposita: Salis porro sic saturati pondus ut plurimum aliquantillo auctius, &c. Ab altera vero Parte Phlegmatis illius forte simplicem tantum (inter salinas sulphureasque Spiritus particulas) Intermixtionem; atque success-

cessivam hinc (adeoque sensum
proinde decrefcentem) Secre-
tionem: (æqvè ac expressa stil-
latitiaq; Olea aquofitatis plu-
rimum nihilominus occultaf-
se per destillationes rectifica-
tionesve suas deprehendun-
tur.) Manifestarium præterea
concentratissimi hac ratione
Spiritus (simul profluentis)
Acumen salinum; non solum
solubilia quædam superfi-
cietenus adoriens, verum et-
iam (spontaneam solummodo
Tincturam hic induisse dicen-
tibus) nonnulla simultanea di-
missione præcipitans; imò
corporale Sal per instillatum
supranotato modo Vitrioli
Spiritus, inter leviculam fortè
exceptiunculam demonstrans.
Item, consuetam Volatilium
(pure falsorum) ab Alcalibus

Olea destil.
& expressa
aqvolas
particulas
copiosè
occultanti.

genuinis (in liquida & sicca forma) plerumq; sic. secedentium Rectificationem: Salis Tartari verò pondus (post ejusmodi incerationes) paulò auctiùs, æqvè forsitan ab aquearum quarundam particularum (eo caloris gradu minus perfectè, pro pristinae siccitatis recuperatione separabiliù,) Adhærentia profectum: (ne adfertam ab aliquibus istarum Fixationem, dum aqua destillata ab Alcalibus compluries abstracta fuerit, allegemus.) Et si quæ insuper pro cujuslibet opinionis defensione vel singularum conciliatione produci (è vulgationibus quoque observationibus,) poterunt. Nos practica nostra secundum institutum persequamur.

Atq; hinc, quo denuo
nunc

Aquæ pat-
ticulæ Al-
calibus af-
figuntur
nonnullis.

nunc quibusdam secretò com-
 mendatum Processum concer-
 nit; qui sc. per Spiritûs Tarta-
 ri digestionem aut cohobia su-
 per Alcali perfici docetur: suc-
 cedit similiter negotium; &
 quemadmodum supradictus
 Fecum Vini siccatarum Spiri-
 tus, inter repetitas à Sale Tar-
 tari abstractiones, copiosum
 (ceu intimè & abundanter ipsi
 aliàs permixtum est) Sal vola-
 tile quærentibus sic offert: ita
 si bonus acrisque ille, (non
 autem acidus vulgò venalis)
 Tartari Spiritus, ritè dephle-
 gmatus, Alcali proprio parce
 per vices affundatur, & (post
 debitam lentamque digestio-
 nem) destillando vel etiam co-
 hobando hinc repetatur; uri-
 nosam volatilitatnm sibi (pari-
 ter, at longe sensibilibus, quam

Sp. & Sal
 volat. cum
 Spiritu
 Tart. re-
 ctif.

Vel etiam
 atq; facili-
 cum Spiri-
 tu Fecum
 Vini sicc.

C 5

in

in Tartari Tartarifati, aut ipsius
 crudi Tartari, super proprium
 Sal rectificato Spiritu fit) com-
 plicatam, imo nonnunquam
 seorsim hinc inde coagulata,
 diversimoda tamen proportio-
 ne secum evehit. Sed enim,
 dum in paulo facilioribus mo-
 dis eundem nihilominus effe-
 ctum invenimus; tædiosè
 prius conquirendum, atque a-
 lias sat polychrestum Tartari
 Spiritum (sive solitarium, sive
 Ardenti, aliisvè congeneribus
 lociatum,) ejuscemodi labori-
 bus vel experimentis denuò
 vix impedemus.

Urinofus
 odor sub
 Alcalium
 & Alumi-
 nosorum
 mixtura
 Præcipita-
 ta Veget. &

Tandem verò, & pro re-
 censionis nostræ complemen-
 to; cum deliquatum Tartari
 oleum Aluminis solutioni vel
 vice versa (v.g. pro explorandâ
 Magisteriorum Vegetabilium,
 Me-

Metallicorumque, sic nonnul-
 lis præparatorum, simplicitate,
 instillatur; post albissimam
 Terram ita præcipitatum, urino-
 sissimus per diu sentitur odor;
 æquè ac dum ipsum Alumen,
 vel destillati hinc Spiritus
 caput mortuum pulveratum
 cum Alkali Tartareo triturando
 miscetur. Siqve hujus
 observationis ductu, dicti
 Alkali & Aluminis crudi ana-
 per Retortam (etiam in Arena)
 destillatur; Sal atqve Spiritus
 volatilis copiosus, penetrantissi-
 mus; & paulò ante recensitis
 (ut ovum ovo) in odore,
 sapore, viribusque similis exit.
 Suspicionem de Exoterico
 probè novimus; & est aliquid,
 Urinositas ad Aluminis seque-
 strationem inter Metallurgorum
 requisita nonnullibi accen-

Metallica
 inter Alu-
 minis con-
 curium, vix
 Terræ ejus
 sunt exper-
 tia.

Sal atqve
 Spiritus vo-
 lat penetrantissi-
 mus, ex ana-
 lisi Alkali
 Tartarei &
 Crudi.

C 6 dens:

Sal atque
Spiritus uri-
nosissimus,
singularis,
è crudo.
Tartaro &
Alumine.

dens : præterea salinarum ejus-
particularum facilitas, quâ soli-
tariæ quidem, relicta terre-
streitate, notabiliter per Re-
tortam (dato sibi saltem per
vices vehiculo aqveo) ascen-
dunt : item, (quod affinitatis
& ulterioris inquisitionis cau-
sa hîc supperaddimus,) Spiri-
tus, è crudo quoque Tartaro
cum ana Aluminis crudi, per
arenam, nullo quasi negotio
destillabilis, pariter penetran-
tissimus, copiosissimo Volatili
Sale simul proruenti intermix-
tus ; cuius ex Alkali Tartareo
profecto, in sensibilibus effe-
ctuque compar, supraposito è
siccis Vini fecibus acceptior,
&c. Verû, ut hæc pro aliena vel
mixta natura demonstrandâ,
cum verisimilitudine quadam
haut inconuenienter allegen-
tur :

tur: amplius tamen (in ulte-
 riorem horum inqvifitionem,)
 cum ufto qvo; , vel ad extre-
 mum deftillati Capite mortuo
 (etiam recentiffimo) fimiliter
 labor ifte procedit; fiqve alter-
 utrum cum Salis Tartari anati-
 co pondere eidem ignis gene-
 ri fubjicitur; eadem Volatilitas
 tum liquida, tum imprimis (ob
 vehiculi dilutioni hinc fuffi-
 cientis defectum, falina con-
 fiftentiâ, quantitate haut exi-
 gua; de cætero (quia forfan per
 uftionem aut deftillationem
 præviam, ab Alumine Sulphu-
 reum iftud, Salis volatilis par-
 ticulas diverfimodè aliàs alte-
 rans, majori pro parte secre-
 tum eft) odore minus gravi
 colligitur. Usqve adeò, ut qui
 infuper ejusmodi Producti
 Proportionem; Vires porrò
 (qvo-

Spiritus &
 Sal Volat.
 ex Alkali &
 Alumine
 Uft. ana:
 penetran-
 tiffimus.

Minusqve
 graveolens



Sal ap-
 riens singu-
 lare è ho-
 rum Capi-
 te mortuo;
 Arcano
 dupl. ad-
 fine.

quoad speciales destinationes) simplicem Urinæ, Salis Armoni-
 aci, Fuliginis, Cervinumque Spiritum excedentes, volatili
 verò Salis Tartari Spiritui pe-
 nitus conformes; item in resi-
 duo capite mortuo Alumino-
 sitatem cum adjecto Alkali a-
 pertè fixatam, sive in tertium
 quid (planè instar Arcani Du-
 plicati) coagulata; pariles
 deniq; Volatilitatum per con-
 similia additamenta modosq;
 evchendarum rationes, &c.
 paulò penitiùs consideraverit;
 forsàn haut adeo culpabili
 conjecturâ, nisi purè vel admo-
 dum Tartareum, Tartareis sal-
 tem longè proximiorè, lu-
 stratis sanè ab initio Processi-
 bus (in isthoc genere) oppido
 speciosiorè (uti faciliorem,)
 existimare posset. Nec caput
 mor-

mortuum (post extremam A-
 luminis destillationem,) solum
 apparenter insipidum, intra
 paucos verò dies (vel ex aëre
 attracta humiditate pristinam
 adstrictionem denuo induens,)
 aliave in contrarium alleganda
 sibi met eousq; obstare sineret;
 quominus parabilem hanc vo-
 latilitatem ad minimum) o-
 perosissimorū purè Tartareo-
 rum loco adhiberet. Sed ta-
 men per nos cuius integer sit
 delectus; uti profectò postre-
 morum omnium inter se, &
 cum nostro hoc Aluminis crudi
 vel usti in ueruentu comparato,
 imò ex ipso Tartaro cum Alu-
 mine destillato Spiritu, idem in
 rei veritate est effectus: præ-
 fertim si dilutiores (v. g. cum
 Silicibus aut sæpedicto Alumi-
 ne crudo confecti) Liqvores,
 prius

Cap. mort.
 Aluminis
 epparenter
 solum insi-
 pidum.

Spirituum
 hæcenus
 recalito-
 rum effe-
 ctus idem.
 Rectifica-
 tio dilutio-
 rum super
 Alkali cum
 Sp. V.



Essensifica-
tio eorum
cum pro-
prio sale
Volatili.

Sal Tart.
Vol per Sp.
Salis vel

prius per Rectificationem, e-
juscemodi purè falsis Volati-
litatebus debitam, (cum
modico sc. Spiritûs Vini su-
per Alcali priorem præstan-
toremqve partem denuo
abstrahendo, , quasi con-
centrentur. Quemadmodum
& reliqui sale proprio, (si
quod in prima destillatione vel
instituta postmodum, ad mi-
nuendam odoris gravitatem,
Rectificatione, simul evectum
est) convenientissimè per cir-
cumspectam dissolutionem sa-
turantur, vel (ut communiter
loqvuntur artifices) Essensifi-
cantur. Cujus intuitu supra-
jam, sub æquipollentia quasi
quadam, Sal atqve Spiritum in
recensionibus nostris conjun-
ximus. Figere verò talia per
instillatum v. g. Salis Vitriolive
Spi-

Spiritum, (donec ebullitio cesset filtratumque Liqyorem ad Salis consistentiam, (simpliciter vel affectata quadam quasi crytallifatione exhalarre: item, istiusmodi (Armoniaco simile) Coagulum per superadditum Alkali Tartareum denuo dissolvere, seu Volatile hinc (eo, qui in Viperino quorundam Sale, vel Florum aut Spiritus Armoniaci præparatione observatur, more) sequestrare; curiositatis in suo genere nec injucundæ, nec contemnendæ, nec tamen protinus hinc artificium (ceu cuidam placuit) verè Alcahestinum est.

Vitt. fixatum, in Armoniacale coagulum.

Iterumq; per Alkali superadditum, resuscitatum.

Quod autem Vires & usum volatilitatis nostræ attinet, tædiosè talia non repetemus: cum ab aliis diffusa commenda-

Vires Spiritus Salis Tartari.



In labori-
bus chymi-
cis.

datione tradantur; nos autem
data opera brevitati studea-
mus: nec (quoad Chymicam
quidem adaptationem,) ani-
mum ullatenus nunc induxeri-
mus, hanc nostram (etsi genui-
nam) Volatilitatem simplici-
ter, & confidentia forte mayo-
ri (siquidem novissimis qui-
busdam attributis ad literam
alicubi satisfaciendum foret,)
pro Alcahestino quodam vica-
rio venditare, ac Locorum eo
pertinentium explicationem
persequi hinc velle: præsentia-
neâ ejus in Medendo efficacia,
dum per se quoque datur, im-
præsentiarum & pro instituti
nostri ratione satis contenti.
Hoc tamen vel ulterioris cu-
riosiorum inquisitionis gratia,
è nostris, (alias ejuscemodi
Disquisitionibus hic nondû de-
sti-

stina
si i
mus
tho
nico
&c.
pro
sali
secr
su,
qvo
qvi
(ex
dis
del
ne
cu
tat
sit
de
Yo
M
op

stinatis) observationibus qua-
 si indice notando superaddi-
 mus: quod absoluta illa Au- 99
 thoris, (de Luna, Mercurii, U- 99
 nicornu, Oculorum Cancri, 99
 &c. Solutionibus,) assertio
 proculdubio nihilominus cum
 salis quasi grano, (etiam sub
 secretioris Tartareitatis acces-
 su,) intelligenda videatur: si-
 que parili modo seu traditus
 quispiam, seu fortè speciosior
 (ex Essentiali Sale,) aliisve mo-
 dis exiens Spiritus adhibeatur;
 delectu tamen aut præparatio-
 ne Solvendorum præviâ (pro
 cuiuslibet sc. natura, proclivi-
 tate, aut renitentia) adhuc opus
 sit. Atque hinc in specie qui-
 dem, nostræ nunc tractationis
 Volatilitas Ostracoderma,
 Marinaq; (solubilia) cruda
 oppidò adoritur; & inter e-
 bul-

Cautela
circa q̄ as-
dam præ-
cipitatio-
nes.

bulliendum absorpti quid-
piam, seu vel instillati, nec ta-
men solutum de quo e talibus
arripientes Liqvores testan-
tur, retinet; reliquum nota-
biliori copia, eadem opera
præcipitat: planè nitrosi Clis-
si instar. Super Magisteria
eorum ut plurimum fere co-
loratur magis, quam evi-
denter saturatur. Metallico-
rum verò, præsertim perfe-
ctiorum & utrobique debito
prius Menstruo dispositorum
particulas promptius absorbet:
magisque adhuc Mineralium
(v. g. Antimonii aliaque non-
nullorum puriora) Sulphura,
&c. Uti Solutionum & Exal-
tationum Analogia, (ad uri-
nosorum Spirituum recentio-
res genuinasq; adaptationes in-
stitute) cuius (leviter inibi

ver-

versato) hanc difficulter ostendet. Et cum etiam in Febrilibus, aliisque adfectibus, per se quoque, sat sit efficax; nec solutorum istorum substantiam aut sulphureitate admodum aut destructione sic alteretur: e- quidem hinc per Accessoria competentia, (praesertim si contractioris dosis efficacitaeque fuerint,) eo magis semet exere- rere deprehendetur. Reli- quum peculiariter forte quis- piam Salis Tartari Spiritus; aut singularis inde, sed exoteri- cis intemerata Aciditas, (ex- condito Dissoluta per inti- miores digestiones deferens, nec inter invertentium occur- sum deferens,) expectantibus varieque inqvirentibus expediet. Nos ad institutum nostrum, & solitarium specialemque hu- jus

”

”

jus in medendo usum reverta-
 mur. Non quod distincta per-
 tractatione totum recensere,
 vel in certas Digestiones usq;
 per chilifera Sangviferaq; Va-
 sa, (sat alias penetrantem) co-
 mitari sedeat. Sed tantum ut (in
 exemplum,) manifestaria a-
 periendi, detergendi, resolven-
 di, adeoq; Diuretica Diapho-
 reticaq; vis generalis, unū alte-
 rive graviorum Affectuum (in-
 ter quæsitam brevitatem, &
 sollicitantium vel cooperan-
 tium accessum,) seorsim ac-
 commodetur.

Cinnaba-
 ris nat.

Quantum in Hipochon-
 driacorum nostrorum Arthri-
 tide vagâ Paresiqve solitarius,
 aut alternis vicibus Cinnabari
 (præsertim nativâ, alias nervo-
 forum hystericorumq; dolorū
 insigni levatorio,) largiter in-

ter-

terpositâ præstet ; observatio
inter continuationem (pro do-
si, v.g. 20. 30. guttas propinan-
do,) facilè docebit. Etiam
citra Purgantia; plerunqve o-
pis parum, at nova sæpe sym-
ptomata afferentia: citra Bal-
nea, infessus aut fomenra, & ci-
tra reliquorum vulgationum
Topicorum pleraqve, Con-
cturas ut plurimum citius,
quam langventium membro-
rum vigorem fuscitantia: præ-
primis citra illitiones illas pin-
gvedinum, oleorumq; hinc vel
aliunde diversiformiter, com-
pendiosissimè alias ex Adipe,
Cera, Sapone, &c. sequenti ra-
tione paratorû: si sc. super eo-
rum s. q. cineres usqve ad ipsum
Retortæ collum largiter inge-
rantur; ita unicâ vice clarissi-
ma rectificatissimaqve per are-
nâ exeunt. Sed hoc incidenter.

Purgantia
Topicorû
qve fre-
quentes
hic noxæ

Ol. ceræ
Saponis,
pingvedi-
num &
compen-
diola de-
stillatio.

In

rta-
per-
ere,
usq;
Va-
co-
t(in
a a-
en-
ho-
lte-
in-
&
an-
ac-
on-
hri-
ius,
bari
vc-
orû
in-
ter-



In Hydrops Anasarca & (Catharticiis alias rarius au-
scultante) Ascite, similiter suc-
cessu perquam felici datur;
praesertim Urinis (sua de cau-
sa) aqvosioribus; egregieq; tum
pariter se gerit Arcanum illud
duplicatum; etiam compen-
diosiori ratione parabile; Me-
tallicam substantiam è dissoluto
Vitriolo per Nitruum verè - fi-
xum atq; lixiviosum, (ceu per
accidens interdum obtingit,)
totaliter praecipitando, & post
filtrationem Sal per exhalatio-
nem collectum fundendo.

Quemadmodum cum Ru-
bicundiores fuerint, inter alia
haut parum adjumenti confert
Antimonium Martiale Cache-
ticum: ex ana Antimonii & Li-
maturæ Martis, saltem in sco-
rias liqvato & cum triplo Nitri
post-

Arcanum m
duplica-
tum per
praecipita-
tionem vi-
trio in aq
s. soluti
cum Nitro
fixo.

Pulvis Ca-
cheticus
Antimo-
niatus.

Nitrum
cum eo fi-
g tur.

postmodum detonato 'confe-
ctum: Nitri singularem fixa-
tionem (cum elutriatus pul-
vis primitivo longè gravior
fit) haut obscure ostendens.

In reliquis quoq; Hypo-
chondriorum affectibus, & eo-
rum affectis vel productis, (re-
solventia, deobstruentia atqve
invertentia requirentibus,)
neutiquam deses est hæc nostra
Volatilitas: & quod nonnullo-
rum Tincturæ atqve Spiritus,
(sive clissiformiter per Mine-
ralium sulphureorum, Tartari,
Nitri, &c. detonationem; sive
congenerum Volatilium mo-
re, è certis Alcalium, Armonia-
ci, Tartari, Calcis vivæ, Cor-
nucervi, Antimonii, &c. Mix-
turis quasi secreto destillati)
interdum ad hyperbolem usq;
promittunt; sufficienter, &

Tincturæ
Aperitivæ
& Diuretici-
cæ.
Spiritus
Antipoda-
grici.

D (sa-

a &
au-
uc-
ur;
au-
um
lud
en-
Me-
uto
-fi-
per
it,)
ost
tio-
Ru-
alia
fert
che-
Li-
sco-
Nitri
ost-

(sano sensu) vel usque ad Arthritidem (è sentinâ ista proficiscentem,) præstant: si pro morborum, ac circumstantiarum ratione cum iudicio, ac præmissis vel interpositis (sic ubi hîc nonnunquam opus,) Evacuantibus, (Emeticis scil. correctioribus, Laxativis Tartareis vel Aloëticis, Antimoniatorum accisis vel tertiatis dosibus, &c. aut Martialibus aliisque Roborantibus exhibeantur.

Tartarus
Emeticus
elegans.

Atque quo dictorum quædam, nobis usitatiores, (aliquoties de istis hinc inde rogati,) data sic occasione annectamus: inter alia Emeticum præstantissimum & securissimum habetur; si (Tartari Emetici Absinthiaci M. imitatione) saltem Croci Metallorum, sive
He-

Hepatis Antimonii vulgaris (& edulcati) Acidiq; Tartari ana, in duodecuplo Aquæ f. ferventis infundatur, & postquam per triduum super fornacem steterit, mediocriter ad Tartari dissolutionem ebulliat; liquor calidissimè filtretur & ad dimidium evaporatus per diem reponatur Crystalli hinc elegantissimi Nostris ad granū unum, duo, tria; alibi (ceu pro Districtuum conditione purgantium doses oppido variant,) ad quatuor vel etiam quinque dati, sufficienter, quod suum est, expediunt: Mercurio Vitæ per Salis trituram, aut Acidorum abstractionem correcto, longè securiores; & præ Eodem per Nitrum aliquantò fixatiori, præque Tincturâ Antimonii Tartarifatâ, certioris in sin-

Purgantium doses inconsideratius absolute assignantur. Merc. Vitæ correctus cum Sale, Acidis, & Nitro fuso, Tinct. Antimonii tartarifati,

D 2 gu-

ar-
fi-
ro-
ia-
ac
ic-
)
cil.
ar-
o-
tis
ous
ca-
x-
o-
i,
ta-
x-
um
iei
e)
ve
le-

gulas doses determinationis.

Specifi-
cum Pur-
gans quo-
rundam.

Tartarea abstergentia, (solitaria & diversimodè acuata) aliunde nota sunt; & horum quædam etiam supra attigimus. Quod autem Sal Tartari Essentiale Specifici Purgantis, (oppido diversâ, & ad Sal Tartari volatile fere accedente ratione comparandi) titulo alicubi proponitur; de detergente Saponariaq; vi saltem utrobique intelligendum est.

Liquor A-
loes Tarra-
risatus s. &
Rhabar-
baratus.

Pillulæ A-
loeticæ la-
xativæ mi-
nimæ.

Inter Aloëtica laxativa, uti Liquor hinc cum aliquota Nitri fixi, imò etiam Rhabarbari, si libet, parte (notabili amaritiei remissione) parat^o, haut inefficax habetur: ita speciosiores adhuc Pillulæ, forma illa numeroqve minuitiori semet commendant, postquam ha-ctenus diverso, sed utpluri-

min

mum suppresso, (cuius forte sua de causa,) compositionis modo hinc inde dispensata fuerunt, curiosiores in sui perve-
 stigationem, aut imitamentum saltem quoddam præcipuè tra-
 xere. Atq; hinc alii quidem modò Aloën crudam vel Ro-
 satam, violatam, aut aquoso vel ardenti menstruo simpliciter negotiosiusve Extractam; mo-
 do Aloëphanginas quasvis, Tartareas, Ammoniacales, Ma-
 rocostinas consimilesque re-
 centiorum Pillulas Diagridio, Resina Scammonii vel alapii, vel Trochiscis Alhandal aut Colocynthidis Extracto ali-
 quantum acuerunt: Alii novas Massas (adjecto Ammoniaco, Myrrha, croco, Tartaro, Sulphure, imo Marte quoq; , item Absinthii Carduiq; benedicti

Varie qua-
sita;

Cum A-
cuentibus;

Novisque
Mellis.

D 3 Ex-

nis.
fo-
ta)
um
us.
en-
pi-
tari
one
ubi
Sa-
que
uti
Ni-
ari,
ari-
in-
tio-
illa
met
ha-
uri-
um



Extracto atq; Sale, cum vel sine Rhabarbaro, Agarico &c.) composuerunt; aut jam pridem Uluales; imo ipsas Pestilentiales (paulò saltem auctiori Aloës pondere,) etiam Mithridatio nunc, Effentiisve amarificantium vegetabilium substantas denuo (variato nonnunquam nomine) dispensarunt: Alii verò, cum Aloen quasi puram putam, citra drasticorum stimulum, exiguo sic pondere, eodem nihilominus effectum nonnullibi propinari perciperent; secretissimum seu Menstruum seu præparandi modum præsupposuerunt. Cæterum, ut acuatas illas, sub diverso Locorum Authorumve nomine, (modo brevi ante, modo post cœnam hactenus, & impune quidem) datas, durioribus

Ex sola
quasi Aloë

bus forsan Ileis, suoq; interim
 in precio relinqvamus: circa
 ultimum vero, (tanquam Hy-
 pochondriacis, &c. præsertim
 tenerioribus, cerevisiæ adsvetis,
 &c. longè convenientius, me-
 ritoq; commendabile) genus
 hæsitantibus, per observatio-
 nes & varia experimenta no-
 stra, rem paulo faciamus pla-
 niolem: principio certum est,
 quod selectioris (ceui omnino
 requiritur,) Aloës Epaticæ vel
 Socoterinæ pars gummea, seu
 aqvofo Menstruo resolubilis,
 ad alvum isthoc modo sollici-
 tandam, præ resinosa parte, vel
 Extracto cum Vini Spiritu præ-
 parato, longe aptior; ac Tene-
 fini hæmorrhoidalis respectu
 cæteris paribus pene securior
 fit: quodq; officius hoc suum
 etiam sub minima quantitate

Gummea
 eius pars

D 4 præ-

Accessoria
vulgaria
pleraq; hic
& alibi, su-
pervacua-
nea;

præstet: uti aliàs Succus ille sin-
gulari vi stimulante pollet, eaq;
in nostrorum quoq; hortorum
planta extus deprehenditur.
Quod porrò Accessoriorū pro
cujusvis opinione potius quam
intimiori necessitate, sub Cor-
rigentium Dirigentiumve titu-
lo varieformiter additorum)
pleraq; supervacanea sint; &
molem saltem (in ejuscemodi
quidem destinatione) augant:
quemadmodum & Purgantium
mediocrium; v.g. Rhabarbari,
Agarici, mechoacane, &c. Ex-
tracta; in ampla debitaq; dosi
fatis aliàs langvida, sub grani
parte profectò nil aut per pa-
rum huc conferentia.) Pro-
inde qui secundum ejuscemo-
di præsupposita paulò peni-
tius pensitabit, quantum gum-
mæ istius Aloëtice partis
usu-

usualibus Pilulis, ab Aloëphan-
ginis usq; ad recentissimas la-
xativas compositiones insit;
haut amplius forsitan demira-
bitur, ejus solum grana quæ-
dam ab additamentorum ni-
miâ mole, resinositatēque pro-
priâ libera, pari cum effectu,
præsertim adsvetis fluidiori-
busq; dari; Siq; hinc supradi-
ctum Extractum, diligenter &
vel simplicissime, vel adjectâ si-
mul, (inter extrahendum) Scil-
læ vel Ari non præparati, simi-
liumve (citra notabilioris mo-
lis accrementum) stimulan-
tium particulâ confectum, cum
Elixirii Proprietatis (haud a-
deo acidi,) Essentiæve Absin-
thii liquidæ parum alcalisatæ,
(tanquam consimilis deterfo-
rii,) tantillo postmodum sube-
gerit; massam nanciscetur, cujus

Extractum
Aloes cum
Aqua f plu-
via, vel Ro-
re.

Uti in
massam
hoc fine re-
digatur.

D 5 (pro

Dosi exigua,

Antimoniatorum ter tiata dosis.

Oxifaccharum Emeticum compendiosissimum.

(pro constitutionis, &c. ratione,) granum unum, (tenuissimis interdum etiam dimidium,) duo, vel nonnunquam tria in exiguas, adeoque resolutu sic faciliores pillulas (v.g. quatuor præterpropter ex uno grano,) formata, paulo ante vel nonnullis quoque post cœnam sumpta, sequenti die alvum salubriter laxando expediunt.

Circa accisas Antimoniatorum Emeticorum doses similiter aliàs certum est; quod licet v.g. Oxifaccharum (simplicissimè, citrà aliorum vegetabilium accessum, è vulgari Metallorum Croco cum Aceto simplici paratum.) aliisque hujus generis (Antimonio tantùm medicata, ideoque suo modo hinc mitiora) Vomitoria effectum, ob justo parcio-

do-

dofin, haut fortiantur; nihilo-
 minus tamen subtractoria
 quadam, quamvis minus per-
 ceptibili, levi saltem nonnun-
 quā nausæ complicata) actio-
 ne sæpenumero plures Hypo-
 chondriorum aliosve affectus
 admodum levarint. Et quod
 fortuitarum ejusmodi obser-
 vationum ductu, porro datâ o-
 perâ non sine fructu certis in-
 circumstantiis exhiberi queant.
 Æqvè ac sub pari proculdubio
 operandi modo Sulphura An-
 timonii & ejus generis Pana-
 ceas, ipsasq; Tincturas, (hunc
 in finem profecto optimas, si è
 non nimis fixis, verum medix
 quasi naturæ præparatis, & vel
 Aceto s. è communi Metallo-
 rum croco, &c. separatae fue-
 rint.) feliciter, modo cum judi-
 cio, dari vel continuari cerni-
 mus,

Sulphur
 Antimonii
 ultimum.
 Panaceæ
 Antimo-
 niales.
 Tinct An-
 timonii
 cum aceto
 s. & Spiritu
 V postmo-
 dum extra-
 cta.

D 6 In-



Tinctura
Martis ad-
stringens
cum Sp. Æ-
ruginis.

È Liquore
Forum
Martis ad-
string. &c.
& Liquore
Terræ fo-
liatæ.

Aperiens
optima è
Vitriolo
Martis &
Tartaro.

Inter Martialia, quemad-
modum ubi adstrictiora vis
magis requiritur, singulariter
præ aliis confert Tinctura cum
Spiritu Æruginis simplici aut
Sulphurato extracta; vel etiam
Florum è coagulata Martis (in
Spiritu Salis) solutione ritè sub-
limatorum, aut ipsorum quo-
que Salis Armoniaci Florum
Martialium nigrorum ultimo-
rū (per deliquiū dissolutorum)
Liquor; instillatâ s. q. Liqvo-
ris Terræ foliatæ (cum per se
adstringentissimus sit) infra-
ctus & exaltatus; &c. Ita dum
aperire magis est in animo; for-
san efficacior (reliqvarum tan-
tū non omnium promissa ex-
pertis) vix invenitur, præ Tin-
cturâ Tartarifata; non quidem
deside ista, per simplicem Fer-
ri Tartariq; coctionem confe-
cta;

ta; sed elegantius è Vitrioli Martis factitii Tartariiq; deputati anatico pondere, in sextuplo aquæ s. ad mellis consistentiam cocto, & hinc in sextuplo vel octuplo Spiritus Vini (totaliter ferè) dissoluto, (per mediocrem exhalationem) præparata. Liquor enim relinquitur, qui vel sine quodam alio remedio Icterum nostratum perfectè curat, cachexias corrigit, Spleneticos affectus insigniter mitigat, &c. Sed hæc in transitu.

Redeamus ad Spiritum nostrum Volatilem; qui porro tum per se ac solitariè præstans exhibet Diaphoreticum; tum aliis quoque hujus generis Spiritibus v. g. Armoniacali urinoso, Cornu Cervi sale proprio post debitam recti-

E limatur
ra & Tar-
taro simpli-
citer parata
languet.

Essentia
camphoræ
optima.

Mixtura s.
& Tinctura
Bezoartica
rec. in fun-
damento
parum dif-
ferunt.

volatiliuni
horum in
Malignis
plenisque
præstantia.

ficationem saturato &c. Item
Essentiæ Camphoræ vulgari,
aut (dissoluto ejus subtriplo in
Spiritu Vini Tartarifato) satu-
ratori, aliisque competentibus
nec ejus naturæ adeo adver-
santibus Diaphoreticis Alexi-
pharmacisq; Tincturis, Essen-
tiis, ipsive Mixturæ simplici, aut
(frequentationi nunc, in com-
positionis tamen & effectûs
fundamento parû hinc distan-
ti) Tincturæ Bezoarticæ haut
inconvenienter eodem fine as-
sociari poterit. Atq; hujus ge-
neris Volatiles essentificatiqve
Liquores, &c. (ut incidenter
tactos breviter adhuc perfe-
quamur,) pro Diaphorisi (sed
circumspectè ac cum delectu,
præprimis si valde Camphorati
fuerint,) dati, in plerisque Mali-
gnis (adjunctis interea vel in-
ter

terpositis, pro circumstantia-
rum ratione, Absorbentibus
temperatis, Invertentibus, A-
nodynis, &c.) equidem plus
præstant, quam nominatissi-
mum illud Bezoarticum mine-
rale, sive simplex; (aliàs lon-
gè compendiosius è Mercurio
Vitæ, vel crudiori quoque Sul-
phure Aurato, per simplicem
solum sextupli Spiritûs Nitri
abstractionē conficiendum :)
sive speciosius adhuc Solare,
(propter Auri in dosin tantil-
lum; aliquibus Antimonia-
li Cinnabari forsan similiter
tinctum;) aut Joviale quod-
libet; cum affini suo, (sed
nec certo semper nec proprie
dicto) Antihectico; ac Maxi-
mo illo (missis ambagibus, sal-
tem per unicam primo destilla-
tionem, & filtrati postmodum

Bezoarti-
cum min
Comp
diosum. è
Merc. vitæ,
vel Sulph.
Aurato.

Solare vel
quasi.

Joviale.

Antihecti-
cum P.
Sudorife-
rum max.
F. compen-
diosum.

Li-

tem
ari,
o in
tu-
bus
ver-
exi-
en-
aut
m-
tûs
an-
aut
as-
ge-
que
nter
rfe-
sed
Qu,
rati
ali-
in-
ter

Liquoris adjectiqve Nitri fortem abstractionem, æqve feliciter præparando) Sudorifero; siqve alia hujus census fixiora sunt, communiter commendatissima, sudoremq; largiter quidem moventia; intensioris autem Malignitatis seminaria & confectaria, v. g. Anxietatem præcordialem, deliquia, dolores vagos &c. rarius sic evidenter compescentia: si Nauseæ atqve Vomitus ab initio symptomaticè complicati, & solum fixiora illa ex Antimonio, opposita fuerint; malum (quod is supranotatis Alexipharmacis volatilibus, solitariis aut Anodynorum tantillo exaltatis, facilè sopitur;) sæpenumero tum, (non sine præposteræ confectionis, aut diuturnioris asservationis incul-

Antimonia-
torum usus
inconfide-
rator sæpe
sinistræ im-
putatur
præpara-
tioni.

culpatione,) quasi magis exasperantia, aut saltem longè minus inibi conferentia: in eju-
 zemodi morborum congressu
 haut rarò crudis, vel simplicissi-
 mè præparatis (ex Animatorū,
 Fossiliumq; classe) Diaphore-
 ticis Alexiteriis, (simul eviden-
 tius absorbentibus aut præci-
 pitantibus,) ferè posteriora;
 uti sunt Cervinum Cornu, per
 Coctionem, (si perfectum vel
 potius Deciduum fuerit; sin
 autem Mollicellum,) per de-
 bitam in vap. Balneo exiccatio-
 nem, (verùm non sine diffusio-
 ri hinc, adeoq; ingratiore dosis
 mole,) præparatum; imo i-
 psam nonnunquam muliercu-
 larum Ustum, haut penitus (in
 calciformi licet, suâ congene-
 rumq; naturâ,) evanidum, aut
 per accidens solummodo hy-
 dro-

C. C. ph. C.
 C. C. h c o.
 ptimum
 deciduum.

C. C. im-
 mat. in vap.
 B. p p. ma-
 gnæ molis.
 C. C. V.
 etiam post
 volatiliam
 separatio-
 nem hy-
 droticum.

Unicornu
fossile
Cetaceum,
C. Rhino-
cerotis
haut adeo
singulare.

Ebur. ph.
C. deses.

Bez. Ani-
male Ma-
gist. e spinis
Vip. Ext &
Essent. Vi-
per.

Exiguitas
Viperina in
Theriacali
dosi,

droticum: item Terræ sigillatæ;
Unicornu fossile, & ubi suppe-
tit, Cetaceum; quod tamen in-
de ultra modum singulare neu-
tiqvam hic deprehenditur: ceu
Rhinocerotis (selectius quoq;)
Cornu, nec per se, (quamvis in
largissima dosi,) nec chymice
præparatum, aut congenerum
modo destilatum, Cervina,
(uti multoties experti sumus,) adeo superat. Ebur philoso-
phice nunc calcinatum, hoc in
genere planè deses, Lapis Be-
zoar ab aliis fatis jam notatus
est. Ipsa Viperina (cruda, aut
curiosius in Magisterium, Ex-
tractum, vel Essentiam reda-
cta,) nî debitâ proportionali-
que quantitate, (unde profe-
cto Theriacalis dosi ob Unum
Trochiscorum, vel quasi Vipe-
rinorum granum, sub eodem


tamen Opii pondere, tantum colubrinum, gravidarum noxa, Purgantium sufflumen, & quid non? indifferenter æstimari nequit: præterea verò exaltantium vel penetrantium, (v.g. Armoniâci, Nitri fixi, &c.) stimulo datur, supradictorum Volatiliorum pollentiæ haut infreqventer hîc cedunt. Sed qui Dissertationem tantum scribimus, hîc finiamus; alia quæ hinc inde interferi vel latius diduci poterant, novis forsitan pagellis reservantes. Si quibusdâ hæc placuerint, gratum erit; & de ejuscemodi materiis pridem perfecta, (quæ Prodromo quasi materiam de se dederunt,) Deo volente sequentur. Sin displicuerint, & data sic occasione secretiores commodioresque Volatilitatum


tum


tum Tartarearum modi proponuntur; Similiter gratum erit functis vice cotis, acutum reddere quæ Ferrum valet, exors ipsa secandi. Sin tandem inani solùm contradictioni censuræve, verè bonaq; intentione dicta subiecientur; tempus & valetudinem Topicis litigiis in personalia plerumqve postmodo desinentibus, & in singulis forte columnis suas sibi responsiones hîc invenientibus, nequaquam consume- mus. Apprimè nobis hæctenus placuit Exterorum nunc studium, qui observationes & experimenta sua ingenue literato orbi communicant. Dum aitem Nostratum quamplurimi, quieti existimationiqve suæ consulentes, divulgatorum translationes haut immeritò re-
for-


formidant, fit, ut elegantissima singularissimaque inventa, magno boni publici damno, hinc inde suprimantur. De cætero breviter saltem & conciso scribendi genere materiam nostram pertractavimus: cum per supervacuas amplificationes Volumen condere nostra non patiatur Conditio. Quisquis paulò attentius & sedendo quasi pagellas hasce, si mereri videbuntur, perlegerit; sub aliquo laborum Chymicorum notitia, sententiam nostram haut difficulter (inter ovalem-cunq; è brevitate natam obscuritatem) adsequetur. Ut autem aliquid, vel in interlinearib⁹ inveniat, quod legisse forsitan juvet, errataque (uti hominibus obrepunt,) ex parte compenset, perquam optamus.


F I N I S.



































4 577

ULB Halle

3


004 173 570




Sl.

WMA 4







DANIELIS LUDOVICI
Med. Ducal. Sax. Goth. *Rae*
DE *293*

VOLATILITATE SALIS TARTARI DISSERTATIO.

EDITIO SECUNDA.



GOTHÆ,

Impensis SALOMONIS REYHERI.



Exscrib. CHRISTOPH. REYHERO.
ANNO M. DC. LXXIV.

